

7 8

4



# NOBILISSIMI

VIRI VIDI FABRI PIBRACII,

Consiliarij Regij. 126. Tetrasticha, & sex

Epigrammata Gallica, Latinis versibus

& commentariis expressa &

illustrata.

AUCTORE.

THOMA BICARTONE SCOT.

Philosophiae & Cracarum literarum apud

Pictones professore publico.

ALB. S. L. M. C. R. A. D. conq. S. - Nauv.

# ILLVSTRISSIMVM

et serenissimum Scotia Regem

JACOBVM SEXTVM.

EIVSDEM BICARTONIS EPISTOLAE

annexum est Epigramma haustum ex arcanis Epistolæ

fontibus. nec non Somnium eiusdem. Item duæ

contrarie Aduocationes, altera pro Julio

Cæsare, altera pro Alexandro Magno.

Accessit etiam vita Pibracy non ignoranda.



PICTAVIS.

Apud Franciscum Pagæum, Typographum Regium.

M. D. LXXX.



# ARGVMENTVM EPIS T O L A E.

**H**AEC Epistola in duas partes diuiditur. Priore quidem auctor se excusat Regi suo IACOBO SEXTO in eo, quod dicatos illius Maiestati libros Elogiorum non ediderit: ubi, cur libros Elogiorum scripserit, Regique suo dedicauerit, satis abundeque docet ac aperit: sese interim ab omni assentationis vanzque gloriæ suspicione vindicat. Altera parte cupiens optimæ erga Regem (quem omni studio, obseruantia, officio cōfendum dicit) voluntatis perpetuam posteritati significationem relinquere, declarat quamobrem hæc Gallica Pibracij Tetrasticha & Epigrammata latino cultu donauerit, ac Regi consecrauerit. Legant hanc Epistolam, qui poëtari velint, atque adua scire Pindari aliorumque Græcorum mysteria: quæ quidem à Bicartone tam culto terfoque sermone latino expressa sunt & illustrata, ut ea vel puer, qui primoribus labiis degustauit Latinitatem, & extremis, ut dicitur, digitis attigit, facile planèque intelligat.



# ILLVSTRISSIMO

R.E.C.I SCOTORVM  
IACOBO SEXTO.

THOMAS BICARTON  
S. P. D.

**S**CRIPTI iam dudum binos Elogiorum libros dextro, ni fallor, Apolline, Maiestati tuae dicatos, Iacobe Scotorum Rex illustrissime: quos nondum curauit typis excudi, quod non sint in hac Pictonum Metropoli, ubi viuo & floreo Dei gratia, periti Græcanicæ literaturæ typographi, quibus eos committere velim excudendos. Sunt autem illi libri tuis referti laudibus, & veris. *νοὴ τὸς οὐδὲ μητὸς θύσιος*, non enim fas est mendacio tetangere: ut Pindarico more loquar. Tu enim falsas fictasque laudes respuis, & mendaces earum auctores odisti vehementer: memor dicti Aspasiae, quæ, ut tradit Xenophon, dicebat bonas pronubas, quæ veras cuiuspiam laudes enarrant, ad conciliandas nuptias aptas esse: mentientes autem ficteque & simulatè laudantes nihil prodesse, obesse plurimum. nam qui decepti ab eis fuerint, & pronubas ipsas detestantur, & mutuo se sequuntur odio. Quæ cùm mihi persuadeam rectè dici, nihil arbitror mihi dicere licere in laudem tuam, Rex scre-

nissime, nisi quod verum esse sciam. Sic apud Xenophonem Socrates veris tantum laudibus efferendum esse censet Critobulum: quem alloquens (vt nosti) idem omnino dicit, quod ego iam Maiestatit ux: οὐδὲν μαρτυρῶ τὸν ἔγειρόν μου τῷ οὐρανῷ λέγειν ἐπομένων οὐδὲν, οὐ πάντα μή αληθέως. Ego igitur in laudum tuarum prædicatione Pindaricum illud animo volutabā, ἀψεύδει δὲ τοσοῦτον καλλιευγλώσσαν, id est, veracem ad incudem, vel, super non mentienti incude fabrica linguam. Ut enim faber ferrarius super incude minimè fallaci (quippe valida & respondente expectationi fabri, qui sperat, & sibi persuasum hoc habet, eam nullis malleorum ictibus ruptumiri) ferrum tundens efformat ipsum & figurat, prout animi sententia tulerit: sic in ore, quod nullo fallat auditorem mendacio, fabricanda & effingenda lingua est: id est, formandus est sermo linguae & animi filius: quippe quem animus concipit, & lingua in ore, & per os profert: formandus, inquam, est sermo verus: ita ut locuturus quispiam cum Pindaro dicere non erubescat, ἀψεύδει τέγχωλόγον, non tingam mendacio oratione. Nam, vt Comicus ait, Ψεύδος δέ μοι τὰς οὐφὰς Εχεῖσμος, vir omnis sapiens & frugi mendacium odit. Quocirca si verum est, quod apud Xenophontem dicit Critobulus, οὐδένα μέν οἴδα μισθίτα ποὺς ἐπομένως, id est, nullum equidem noui odio habentem eos a quibus laudatur: certè tu quoque Rex suauissime (qui nostū Agamemnona dici ab Homero regem bonum, eò quod non solum se bene regeret, sed iis etiam, quos regebat, felicitatis causa esset. Καὶ δὲ βαπτεῖς αἱρέται, οὐχ ἵνα εἰσιθῇ κακῶς θημελῆται αἱρέται καὶ οἱ ἑλόμενοι Διὸς πῦνον εὖ πεάσωσι: id est, Rex enim eligitur, non vt se ipsum pulchrè ac splendidè curret, sed vt per ipsum, qui eum elegerunt, rectè ac feliciter agant viuantque. vt Socrates dicebat) Tu inquam Rex suauissime, cui regia potestas non hominum electione, sed

successione & divina prouidentia ac voluntate contigit,  
quique tuis, quantum potes, prospicis, & tuo vnumquemq;  
exemplo ad bene viuendum inuitas, me non oderis, certò  
scio, qui telaudauit, & verè. Ob eamque caussam Pindarum  
imitatus dixi, atq; iam iterum dico:

*Promere si quis auer docti præconia Regis,  
Sic ut eum minimè mendacia turpia tangant,  
Inde mihi longos fodiat tam nobile saltus  
Ad certamen: eo promptus, celer impetus haret  
In genibus, saltumque cupit superare priorem.*

Ait enim Pindarus, εἰ δὲ ὄλεον, οὐ χερῶν βίαιος, οὐ σιδηρέτας  
ἴπανθος τόλεμον δεδοκηται, μαχρά μοι δὲ αὐτόθεν ἀλ-  
ματίς Κασσάπης θησ, ἔχω γονατων ἐλαφρὸν ὄρμα: id est, sin autem felicitatem (AEacidarum videlicet) aut  
manuum robur, aut ferreum laudare bellum placuerit:  
longos inde saltus mihi quispiam suffodiat: habeo genuum  
celerem impetum. In Pentathlo enim seu Quinquertio sal-  
tantibus fossæ in signum saltus & in metam effodiebantur,  
ut sequens si vincere vellet, ea signa transiliret. ἔκτινας γὰρ  
καὶ τὸν ἀγῶνα πηδώνην (vt in Græcis scholiis legimus)  
Κασσάπην Βότρος, εκάστη τὸ ἄλμα δεκνὺς. Pinda-  
rus ergo tropicè loquens sibi iubet signum ponи, quod  
transiliat in decantandis AEacidarum encomiis. Innuit  
porrò se metam omnem, quantacunque ei constituta  
fuerit, facile transuolaturum, atque omnes alios certare  
volentes, nimirum poëtas facultate quadam poëtica ini-  
mitabili victurum. Ego quoque dico me velle cum quo-  
uis poëta certare in celebratione laudum tuarum, velle  
etiam certando vincere. Quis enim, nisi stultus, aduersus  
aliquem contendens non illuc concupiscat? Non aliis  
tamen poëtis me antepono, n.que postpono: sed ita dico:

*Unus ego vates nulli me præfero vatum,*

*Vatibus haud lauros inuideòque suas.*

*Nam mihi cincta virent Phœbæo tempora ramo,*

*Quo me donauit Delius ipse pater.*

Legisti apud Suidam, Abaridem Scytham venisse è Scythia in Græciam, eique ab Apolline datam fuisse fabulosam illam sagittam, quæ è Græcia usque ad Scythes hyperboreos transuolauerit. Nec minus mihi putas fauere Apollinem,      Nam

*Me quoque præsigni donauit Apollo pharetra,*

*Cum liber, ex illa plurima tela traho.*

*Prouolat & totum per terræ quodlibet orbem.*

*Sed doctis tantum nostra sagitta sonat.*

*Crata venit doctis: opus est interprete vulgo.*

*Sic tibi sub cubito, Pindare, tela sonant.*

Ait enim Pindarus, πλάκα μοι οὐσία ἀγκῶνος ὠκέα Βέλη  
ἔρδον εὐλὶ φαρέτες φωνᾶντα σωεποῖσι. οἱ δὲ τὸ πᾶν  
ἐργανέων χαλίζει. id est, multæ mihi sub cubito celeres  
sagittæ intra pharetram sunt sonantes prudentibus : a-  
pud vulgus autem & imperitam multitudinem egent in-  
terpretibus. Sic nostri Elogiorum libri. Ergo ne lauda-  
biliores, inquis, quoniam obscuri? καὶ ἐργανεῖσι χρῆσον;  
& interpretatione indigent? At cum in vulgus emanabunt,  
vulgo per interpretem innotescunt. Tum nostra carmina  
τέρπούσει, id est, alata, (vt sua Pindarus appellat) tanquam  
celeres sagittæ, quarum sonitum prudentes doctique tan-  
tum intelligent, ex mente nostra tanquam ex pharetra  
ad tangendas laudes tuas, velut ad propositas sibi metas  
euolasse meritò dicentur. Tunc tute me videbis, tui ho-  
norandi causâ, Pindarum è Græcia ducentem feliciter

in Italianam, immò & in Scotiam tuam. cui arcana ranti  
poëtæ non solum latino sed etiam scotico carmine, ni-  
fata obliterint, aperiam. Cernes χρυσέαν μοῖσαν, autem  
Musam nostram: & te meā opera Δφώνων πλεύγεαστη  
αερίζειν ἀγλαῖς πλερίδων, splendidis vocalium Musa-  
rum alis altè sublatum leuatumque. quo modo Pindarus  
(vt scis) loqui solet. Tunc ego (ut olim ille AEginam) co-  
nabor te καπνόπενδειν μελοφθέγγος, aidaīs, mellifonis  
cantibus perfundere, tanquam libamentis. & φωνέμεν  
φλογίας, præconiis & laudibus aspergere, sed meritis,  
Tunc in omnium oculis & conspectu

*Ipse tuas molli Musarum rore rigabo.*

*Virtutes.* Quemadmodum enim prata & arua cœlesti  
rōre conspersa, fœcunda & fertilia redduntur, herbæq;  
& plantæ, ac arbores crescunt florēntque: ita virtus car-  
minum perfusa liquoribus, atque à claris poëtis celebrata,

*(Nescio, si me illis annumerare velis:*

*Si tamen anumeres, promittit Apollo daturum*

*Semihi diuinam, quâ canit ipse, lyram)*

crescit mirificè ac floret. Vnde Pindarus, μεγάλων δ' ἀρ-  
τῶν, inquit, δρόσῳ μαλακᾷ παντῖσσαν κέραν θ' οὐαχδι-  
μανναν αὔγουστον. id eit, magnam virtutem molli rōre con-  
spersam, hymnorūmque liquoribus & suffusionibūs riga-  
tam audunt. Et sicut inductis aquæ riuis irrigata semina  
& plantæ vires accipiunt, & crescunt, atque vigent felici-  
ter: vnde Virgilius inquit:

*Deinde satis fluuium inducit riuosque sequentes,*

*Et cum exustus ager morientibus aestuat herbis,*

*Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam*

*Elicit: illa cadens raucum per lœvia murmur*

*Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua:  
 Sic carminum liquores, roresque poetici virtutes illustrium  
 virorum irrigantes, fouent ipsas mirificè, & decus ipsarum  
 augent, æternumque conseruant. Eam ob rem Pindarus  
 inquit: ὑδατος ὥτε πόας φίλον ἐσ αὐδρος ἄγων χλέος ἐτήτυ-  
 μος αἰνεσω. τοι φόρος δ' ἀρχαῖοις μεθός θεος. id est, lauda-  
 bo amicum virum, aduehens ei decus verum purumque,  
 tanquam riuos aquæ: hæc enim merces bonis viris utilis  
 & fructuosa est. Idem Pindarus hymnos seu carmina ven-  
 tis ac imbribus comparans: ait: εἰνι αἱ θράψις αἱ ἔμων  
 ὅπε τολεῖσαι χρήσις. εἴνι δὲ ἡρανίων ὑδάτων ὄμβρίων, παιδῶν  
 νεφελῶν. εἰ δὲ σὺν πόνῳ οἵ περ αὐτοί, μελιγάργες ὕμνοι  
 ὑστέρων δέχαι λόγων τέλλεται, καὶ πιστὸν ὄρκιον μεγά-  
 λας ἀρεταῖς. id est, Hominibus aliquando ventorum plu-  
 rimus est usus. aliquando item cælestium aquarum, filia-  
 rum nubis. Quod si cum labore quispiam rem prospe-  
 rè gerat, suauissimi hymni posteriorum occasiones ser-  
 monum sunt, & fidum pignus magnis virtutibus. Huc  
 respicientes & nos in Elogiorum libris diximus.*

*Aura iunat nautas: nubis quoque filius imber*

*Agricolas: claros cultaque dulsa viros:*

*Commodus impellit puppim per cœrula vēntus,*

*Fert et in optatos pro statione sinu:*

*Cuncta per ora virūm meritas ita carmina laudes,*

*Gloriae et in portum strenua facta ferunt.*

*Ac veluti terram, longo quæ languit æstu,*

*Ad fructum pluviæ concitat imber aquæ:*

*Sic bene res gestæ mellito carmine florent;*

*Et fomenta suæ dulcia laudis habent.*

Imber quidem (ut ait Græcus Pindari enarrator) τὴν γῆν

ποίησε Ε αὐτούσιοις καὶ δέλει πιέται τὸν μόνον, καὶ τὸ φυτόν  
καὶ δένδρα, καὶ θήρας καὶ φύγων Διαμένειν τῷ ζ. πιάτος ἐ<sup>τ</sup>  
καὶ ὁ ὑμνός. id est: terram fecundat ac fertilem reddit, &  
crescere ac florere facit herbas, & plantas, & arbores,  
plurimoq; temporis spatio durare. huiuscmodi verò hymnus seu carmen est. fecundam enim laudem, atque gloriam præstantibus viris amplissimam excitat & conseruat. καὶ δέλει πιέται τὸν υμνόμενον, καὶ εἰς μακρὸς Διαμένειν χρέους: id est, & virum, cuius laudes celebrat, florere facit, & longum in ænum permanere, ac viuere velut immortalem. O ter igitur quaterq; felices, quos poëta suis hymnis extulerit. Namque ut paulò ante Pindarum monuisse docuimus,

*Sunt magnis fidum pignus virtutibus hymni,  
De quibus &c faciunt postera sæcla loqui.*

Tuæ igitur, ô Rex immortali famæ, aurcis omnino pennis in omnes Mundi angulos, omniumq; per ora hominum volaturæ πύλας ψυχῶν οὐαπτίζειν, ut ait Pindarus, id est, hymnorum portas patefacere conamur. Testatur hoc octauum Elogium, lib. i. in quo ita dicimus.

*Hymnorum portas cui nunc aperimus ouantes?  
Rex venit eximius, Musa reclude fores.  
Orna te pulchrè, tantumque amplectere Regem:  
Castalias etenim diligit ille Deas. &c.*

Deæ quidem istæ, IACOBÆ Rex ornatissime, dede-  
runt mihi ἐκαπέλα τέλα, id est, longè iaculantes arcus,  
ut Pindarus appellat: nimirum λόγους ἔγκωμασικός, οὓς  
οἱ Μάσαι παρέχοι μεταφέρω τὰ σὺν διφημίᾳ πέμποντας,  
hoc est carmina encomiastica seu laudatiua, quæ Musæ mi-

hi præbent ac suggerunt, laudem gloriamq; tuam longè proculq; mittentia. Non est itaq; quod timeas Plutonis virgam, quâ quidem (Pindaro referente) Βέρνα σώματα κατέγει κοίλας τεῖς τύχαις θυσικόν πόρον, id est, mortalia corpora deducit ad cauum vicum morientium. Nihil habet illa Plutonis virga potestatis in te, qui & tuis virtutibus, & nostris carminibus æternò victurus es. ἐπεὶ μὲν γὰρ Μοῦσα καὶ πρώτης Βέλος ἀλκῆ τείχος, id est, mihi namq; Musa telum nutrit robore fortissimum, ut est apud Pindarum. Quod telum γάρδωσεν virgæ Plutonis oppositum à morte te vindicabit, & ad remotissimas gentes famam extendet tuam. Etenim, ut modò monui, atq; iam iterum monere versibus haud piget:

*Arcus Musarum longè iaculantur : ab illis  
Accipit & vitam, cui modò nulla fuit.  
Quemque semel Musa sacris tetigere sagittis,  
Olli Plutonis virga nocere nequit:  
Qua male firma cauo morientum corpora vico  
Infert : namque vetat docta Camœna mori.  
Eia anime euigila, grauidamq; resumē pharetram,  
Tende arcum, in fixum & dirige tela scopum.  
O quam Heroëm petimus nos mente benigna,  
Aurea mittentes spicula dona Dei?  
Te mea Romano, Rex, carmine arcusa coronat:  
Dexter ades modulis rex Iacobē meis.  
Te Regem eximium præclaris versibus ornans,  
Ipse tua laudis præco canorus ero:  
Differgamq; omnes terræ tua facta per oras.*

*Musaq nostra tua nuncia laudis erit,  
Sic tua se virtus longum diffundet in eum,  
Atq; colent nomen sœcla futura tuum.*

Enim uero cum apud Pindarum legisset, placuisse immortalibus, ἐπλόνγε φῶτα καὶ Φείμενον ὑμνοῖς Θεᾶς διδόμεν, id est, strenuum virum etiam mortuum hymnis Dearum tradere: atq; intelligerem te, ô Rex, inter homines Dei gratia florentem, & strenuum & bonum esse Regem, dixi de te cogitans, & cum Pindaro loquens, δότο δ' αὐτὸν εγὼ Μοίσης δάσω, id est, ipsum equidem Musis tradam. Et non Regibus, dixi, terrenis, sed Diis parem efficiam. Quo tempore veniebat mihi in mentem, quod in Græcis schoлиis in Pindarum oculis olim animoque lustraueram, hoc videlicet: ὡς τὸν χρυσὸν παιε τὸ πῦρ διαγέσερον, ἔτω πὺς αὐχεῖος αἰδρας ὁ ὑμνος διαφανεῖρες καὶ τοῖς βασιλεῦσιν ἴστες: id est, sicut ignis aurum splendidius reddit: sic bonos atq; strenuos viros hymnus seu carmen reddit clariores & pares regibus. Id vero & ipse Pindarus inquit: ὁ χρυσὸς ἐψόμενος αὐχεῖς ἐδείχεν αἴπασας, ὑμνος δὲ τὸ αὐχεῖον ἐγρυμαῖων, βασιλεῦσιν ισοδάμονα πύχε φῶτα: id est, liquefactum excoctumque aurum omnes fulgores suos patetfacit ac aperit: hymnus autem rerum præclarè gestarum hominem reddit Regibus parem sorte. Tuarum ergo virtutum gratiā, Rex illustrissime, miscui ac temperaui dulcem calicem carminum, cum memet ad imitationem Pindari componerem. Sic enim ille (vt nostri) referr: θάλλοντος αἰδρῶν ὡς ὅτε συμποίει δέσπορον κρατῆρα μοσσέων μελέων κήρναμεν λάμπωνος διάθλα γέρες τοσέρ: id est, secundum calicem carminum Musatum, pro strenua in certaminibus progenie Lamponis, miscemus & temperamus: quemadmodum in florente virorum conui-

uio fieri solet, ut misceantur pocula. Sunt enim carmina  
conuiuiis similia. Sicut enim conuiuia

*Oblectant & alunt corpus, sic carmina mentem.*

Velutique conuiuia lauta atque magnifica splendorem  
habent: ita carmina famam & gloriam iis, quos meritis  
ornant laudibus, afferunt usque adeo splendidam, ut non  
solùm in patria, ubi nati sunt, verum etiam apud exte-  
ras & remotissimas gentes, atq; adeo in toto orbe terra-  
rum celebre sit nomen eorum. Tibi igitur in illo Musarum  
conuiuio, quod in nostris Elogiorum libris splendidè pa-  
ratum est, dulcem carminum liquorem pro nectare attuli:  
& tanquam sacer diues atq; munificus, qui generum suum  
aurea phiala, quam dat illi die nuptiali generoso spuman-  
tem vino, spectantibus amicis, exhilarat, efficitque ut for-  
tunatus ille beatusque videatur, te pretioso carminum do-  
no munere, quo te lætiticare posim, beatumque reddere,  
vel (quod non minus est) efficer ex beato beatiorem: quem  
admodum Pindarus exhilarare se dicit, lætitiaeque volupta-  
te quadam beare illos, qui apud Olympiam & Pithonem  
victoriæ præmium reportauerant. Ait enim: Φιάλας ὡς  
εἴης αὐτοῖς ἀπὸ χειρὸς ἑλῶν, ἔνδον ἀμπέλῳ καχλάζονται  
δρόσω, δορήστηκενία γαμβρῷ τεφπίων, οἰκοθεν οἰκαδε,  
πάγκευσον κερυφὰν κλεάνων, συμποίετε χάριν, καῦδός τε θε-  
μάτιας ἐστι, ἐν τῇ Φίλῳ περεόντων, Θήκε μν ζαλωτὸν ὁμό-  
φρονος δίνεται. καὶ ἐγὼ νέκταρ χυτὸν, Μοιτῶν δόσσιν, αὐθο-  
φόροις αὐθράπτην πέμπων γλυκὺν καρπὸν φρενός γ' ἵλασκο  
μέν, Θλυμπία Πυροῖς νικάρτεσιν: id est, quemadmodum  
si quis phialam à diuite manu sumens intus rore ux-  
ridentem bullientemque propter vim igneam vini gene-  
rosi, donet eam iuueni genero, propinans illi ac præbi-  
bens: eamque phialam aureum omnino verticem possel-

sionum, conuiuiique decus ac ornamentum è domo in domum transferri curans, affinitatem suam honoret sacer, & præsentibus amicis, generum suum faciat beatum prædicari, ob concordem torum: Sic & ego fusum nectar, donum Musarum, dulcemque animi mei fructum mittens ad viros præmium reportantes apud Olympiam & Pithonem, victores eos exhilaro. Sic ego, Rex serenissime, in Elogiis de te loquens dico:

*Ceu cratera sui solum qui promit honorem  
Thesauri, fundit que merum, quod ridet in auro,  
Ordine consuus mensæ accumbentibus amplæ:  
Ipse ego mellitos in Regia stemmata rores  
Fundo, quibus mea lingua madet, quorumqz liquenti  
Doctrina & meritis clarum rigo neccare Regem.  
Aurea quem Clio iam nostra nitentibus alis  
Altè sublatum cunctas vehit Orbis in oras.  
Nec dedignatur nostræ se tradere Musæ  
Cantibus æternis, quibus excoctum velut aurum  
Fulgeat, atque omnes Diuis par exigat annos. &c.*

Sed de his fortasse nimis multa. Vereor enim ne mihi dicat Zoilus, nimium te laudas immemor præcepti Comici.

*ταῦτα σεαυτὸς μὴ Φράμη εὔχωμεν.*

id est, ne tuas laudes ipse prædices. Iuxta illud Salomonis prouerb. 27. laudet te alienum, non tuum os: extrancus, & non labia tua. ὅσις ἡ ὑψώτερη εἰσὶν, ταπεινωθήσεται, id est, quicunque exaltauerit aut extulerit scipsum, deprimetur. ut ait Christus Matth. 23. cap. & Luc. 14. & 18. ὁ καυχώμενος (vt ait Apostolus. 2. Cor. 10.) ἐν Κυρίῳ καυχάσθω, καὶ γὰρ ὁ εἰσὶν οὐνιστῶν κανένας ἐστὶ δόκιμος, αλλὰ ὁ Κύρος οὐνι-

*enī : id est, qui verò gloriatur, in Domino gloriatur. non enim probatus est ille, qui se ipsum commendat : sed is quem Dominus commendat.* Respondeo, non probum nec probatum esse virum, qui vanæ gloriæ, inanis que iactantia caussâ se ipsum commendat. Quod ego non facio, qui poëticam facultatem, qua me Deus ornare dignatus est, prædicans & extollens, non meam, sed Dei gloriam augeri cupiam. Et quidem Plutarchus docet eos, qui se laudant, minùs se exhibere molestos, si non omnia sibi adscribant, sed quicquid gloriæ inest onerosum, id fortunæ vel Deo acceptum ferant. Sicut ego facio, qui ut sentio, iam dico : bone Deus,

*Totum muneris hoc tui est,  
Quod versus facio suauisonis modis  
Vates ingenio potens:  
Quod spiro, & placeo (si placeo) tuum est.*

Certè quidem clari virtute viri virtutem suam interdum prædicant, non vanæ ostentationis ergo, à qua prorsus abhorrent, alioqui virtutis compotes non essent : sed spiritu Dei (quo introrsum afflantur & aguntur) dictante, diuina, quæ cernunt in se, dona commemorant: ideoque non suo, sed alieno quasi ore laudantur : quia diuino spiritu afflati non suam, sed Domini gloriam in se prædicant. Unde Iobus cap. 29. suas aut Dei potius laudes recensens inquit : Induebam iustitiam, & iudicium meum vestiebat me ut pallium & tiara. fui quoq; oculus cæco, & vice pedum claudio. Pater fui pauperum : & caussam forensem, quam ignorabam, indagaui. &c. Sic Moyses non ore suo, sed alieno laudasse se visus est, cum diuini numinis inspiratione inquit de se tanquam de alio loquens : Erat Moyses om-

nium, qui in terra morabatur, hominum longè mitissimus. Ego igitur, ut omnem demum iactantia, ostentationis, arrogantiæ suspicionem à me candoris mei conscio auer tam, dico:

*Non ego me, sed laudo Deum, cui carmina soli  
Quæ bona sunt, acceptæ fero. Non hos ego feci.  
Versiculos virtute mea. non arrogo tantum  
Ipse mihi. Per me Deus hoc opus omne peregit,  
Qui fons est auct orque boni quod molior, & qui  
Dat mihi non paruas Romana in carmina vires.*

Sed de his haec tenus. Nunc igitur ad alteram instituti nostri partem veniamus. Ego Gallicorum poëtarum mirabili quodam amore accensus, inter reliquos celebrari audiebam clarissimum & nobilissimum virum Vidum Fabrum Pibracium, quem & summum Oratorem & magnum poëtam fuisse constat. Vbi igitur hoc illius poëmatum, quod 126. tetraстicha, sex Epigrammata, laudesque vitæ rusticanæ continet, perlegi ac peruolutaui, commemorare nequeo, quanta me voluptate perfuderit. Nostri, Rex illustrissime, Theras naturâ salubres aquas esse, quippe naturâ calidas, & efficacem aduersus varios morbos vim secum adferentes. Ego autem existimo Thermas non tantum lassa membra reficeret, quantum animos recrecent ac refocillent ista Pibracii tetraстicha, & quæ ea sequuntur, aurea tota carmina. Itaque quod Pindarus de lyrico carmine, citharaque iuncta prædicatione & commendatione dixit, ἐδὲ θερμὸς ὕδωρ τὸν γε μαλιὰ πύχη γῆ, τὸν δὲ λογία φόρμησε σωδόρος: id est, neq; calida aqua tantum mollia efficit membra, quantum laus citharae socia. Idem ego de Pibracii carminibus dicendum arbitror. Est enim

tales Pibracii carmen, quale Pindarus admirans, neque vi  
imbrium vñquam, neque procelloso vehementique vento-  
rum turbine, nec vlla vi alia ablatum & abolitum iri dixis-  
set, atque iterum in hæc verba, vel his longè grauiora pro-  
rupisset: ἔτι χαμέελος ὄμβρος ἐπαχλὸς ἐλθὼν, ἐρεβόμεν  
νεφέλας σεστὸς ἀμείλιχος, οὐδὲ μέμον εἰς μυχὴς ἀλὸς ἀξεῖ  
παμφόρω χερσὸν τυπόμενος: id est, neq; hybernus imber  
procellosus impetuofusque veniens, horrisontē nubis exer-  
citus immritis ac implacabilis, neque ventus tundens & ob-  
uija quæque diuerberans turbine colluisionēque omnia ra-  
piente trudet in mari recessus. Quippe æternum est Fibra-  
cii carmen, idcoque perire nullo modo potest. Didicisti  
autem ex Aristotele, nubis compressionem vehementem  
pleniore vberioresque stillas spargere: pluuiamque dici,  
imbris contorta stillicidia, cùm maiuscula ipsa, tum verò  
iugi tenore casitantia. Quapropter Pindarus tropicè lo-  
quens, pluuiam impetuofam ac vehementem, propter ma-  
gnitudinem multitudinemque stillicidiorum iugi tenore  
decidentium, immitem vocat nubis exercitum. Sed vt ad  
nobilem poëtam reuertar, tale Fibracii carmen esse dico,  
vt nec id Iuppiter rutilo velit ense suo, hoc est, fulmine,  
propter summam eius & suavitatem & doctrinam abolere  
positum in alto montis vertice, quem fulmen præcipue  
petit feritque, Iuxta illud Horatii,

### *Feriuntque summos fulmina montes.*

Fulmen autem Iouis ensem appello, quia Iuppiter inter-  
dum Pindaro dicitur ἐγχαιρέεινΘ, quasi οἴω κερα-  
ωῶ ἀντὶ ἐγχειρῶνΘ, id est, vice gladii vel hastæ  
vtens fulmine. Hoc ergo diuinum Pibracii poëmatum  
nôstra versione latina dignum esse censuimus, quod cer-  
tè nemo satis dignus ludauerit, quodque omnino tale est,

qualis apud Pindarum sermo ille factus vel operibus diaturnior, quem (ut ait Pindarus) σὺν χαριτῷ θύχᾳ γλῶσσα φρεγέλαις Σικελίας, id est, cum successu leporum ac venustatum poetarum, sicut fauentibus Gratiis, lingua ex alta & profunda mente extraxit. Cuius amore illustratus & inflammatus, eiusdem tetrasticha 126. & 6. Epigrammata latino cultu donauit: & commentariis illustravi, in quibus philosophandi ratio verissima elucet, Vitam quoque rusticam à me conuersam edere tandem ac in lucem dare decreui, modo paucas in luce moras mihi fata concesserint. Hæc autem omnia tuæ, ô Rex, Maiestati dicamus, & tanquam certissimum æternumque nostri in te studii, benevolentia, ac obseruantia, quâ te maximâ colimus, pignus & testimonium consecramus. Speramus enim labores nostros talem ac tantum nactos patronum nunquam perituros. Tu enim (ut Pindari verbis utar) θεμιστοῖς ἀφέπεις σκάπτος, id est, iustum sceptrum foucs, regis, administras, διωρύμων πατέρων ἄωτος, clarorum flos progenitorum: flos veterum virtusque virtutum, ut ait Maro. Tu populum, ut inquit Pindarus, δικαίῳ πλανήσιν αμαῶς, iusto clavo gubernas: nimirum iustis legibus, rectaque & iusta administrandi ratione. Tu enim tanquam prouidus magister rectorque nauis in puppi sedes clavum tenens Scotici imperii, & gubernacula Reipublicæ tractas,

*Ante annos animumque gerens curamque virilem,  
pulchri instar Iuli. Tu πατέριδος ὁ φθαλὺς, patriæ es oculus.* ut progenitores Theronis regis apud Pindarum, Σικελίας ὁ φθαλὺς, Siciliæ oculus dicuntur. AEgyptii enim cùm Regem designare vellent, nitentem cum sceptro pingebant oculum. Sicut enim oculus illustrat regitque corpus, cui velut dux viꝝ est: sic bonus rex Reipublicam

præclaris moribus & factis illustrare , rectisque legibus gubernare debet : sicuti tu facis Scotiæ oculæ,

*Ex quo haurit vita lumina quisque suæ.  
Est tua nam populo speculi vice vita nitentis,  
Unde studet mores fingere turba pios.*

Verè igitur es patriæ oculus,

*Ex te diffundens in cunctos lumina morum.*

Ἄξιολογά περ γὰρ ἐν σώματι οὐ φθαλύσας, ut est in scholiis Pindaricis: id est : oculus enim in corpore reliquis dignius & præstabilius membrum est: & tu omnium præstantissimus Scotorum es. Atque equidem vt Adraustus argiuorum Rex apud Pindarum de Amphiarao vate loquens, προθέω, inquit, τραπέταις οὐ φθαλύσας: id est, exercitus mei oculum desidero: sic ego tui patriæ meæ oculi videndi teneor desiderio: tui, inquam, qui animum tuum speculi in modum Dei gratiâ sic habes purgatum & tersum, ut μῆς δεῖται αὐγαῖς ἀπὸ κατασερπήτης, id est, diuinis splendoribus semper coruscet. Quia res efficit, vt optimè, quæ peragenda sint, videoas: qui μετὰ πολλῆς ἀκριβείας καὶ λέγεται πάντα, καὶ περίτεις, id est, cum multa diligentia solertiaque dicis omnia & facis. non immemor similitudinis illius, quam Agapetus pulcherrimam tradidit. Nam vt ait ille, ὅταν μὲν οὐ νάυτης οὐ φαλῆρος πάντα φέρει τοῖς ουματίσαις Βλάστεις, ὅταν δὲ αὐτὸς οὐ κυβερνήτης, πάντας ἐργάζεται δὲ πλοίος ἀπώλειαν. οὕτω καὶ οὐ τοῖς πόλεσιν, αὐτὸν μέν τις τὸ δέχομένων αἰμάρτη δὲ καὶ θανάτου τοσοῦτον, οὔτε τὸν αἴτιον αἰτιεῖ. αὐτὸς δὲ οὐ ἄρχων, πάλοις ἐργάζεται τὴν πολιτείας τὴν Βλάστεις. id est, quum nauta errat, exiguum affert damnum nauigantibus: quum verò ipse gubernator, toti nauis extio est. Sic & in ciuitatibus, si quis ex subditis peccet, non tantum Rempublicam, quantum se ipsum laedit: sin au-

tem ipse Princeps aut Rex, vniuersæ Republicæ detrimentum affert. Quod ne contingat, tuus, ô Rex, πλυόματος γάστις (vt loquitur Agapetus) ὡς κυβερνήτης ἀγέυπτεῖ Διο-  
πτυντος, Δικαιάχων ἀσφαλῶς τῆς ἐυομίας τοὺς οἴκους,  
καὶ Διπλούμενος ἴσχυρῶς τὸν αὐομίας τὸν ἥγακα, ἵνα τὸ  
πνέοφθος τῆς τῆς πλεπίας μὴ πειπόητη κύμασιν αἰδίνιας.  
id est, animus tuus multos habens oculos tanquam gu-  
bernator perpetuò vigilat, tenens firmiter ac tutò clausos  
æquitatis, magnóque studio repellens iniquitatis vndas,  
vt ne cymba tuæ Republicæ in fluctus iniustitiæ delaba-  
tur. Tu es, ô Rex (vt AEnæas ille Pindaricus) ἡγεμών σκυ-  
πάλα Μοσαῦ, καὶ γλυκὺς κερατὴρ ἀγαφέγκηλων ἀσταῦ,  
id est, pulchricomarum scytale Musarum, dulcisque cra-  
ter carminum vocalium. Es, inquam, scytale: hoc est, ta-  
lis, cui secreta sua Musæ committant, & si quid rectè cu-  
ratum velint, tuæ curæ demandent. Sicut autem crater  
suauissimum vinum continet, & ex eo dulce vinum pro-  
mitur ad exhilarandum animum, corpusque reficiendum:  
ita tu quidem suauissima carmina mente animoque com-  
plete ris, & apud te habes, eaque, cum locus & tempus po-  
stulare videntur, promis libenter, vt oblectare possis &  
præsentes qui audiunt, & absentes qui ea vel audie legunt  
ipsi, vel sibi lecta pronis & bibulis auribus hauriunt. Vidi-  
mus enim nos & legimus dulcissima tua poëmata: quibus  
haud dubiè propriam ingenii doctrinæq; laurum præ cæ-  
teris tui seculi Regibus mereris. Ut igitur apud Pindarum  
Hiero Rex Siciliae non solum in flore iustitiæ, vt tu, ἄλλα ē  
Μεσκᾶς ἐν ἀντιστοιχίᾳ τετταυ, verum etiam Musices in flo-  
re resplendet: ita me hercule tuorum carminum Musico-  
rum διεργάτης (vt ait Pindarus) αὐθός ἐστιν, iucundus flos  
est. Velutique Sol, πορφρόντων διέχος ἐπωνυ, dux equo-  
rum ignem spirantium, ἐν ἀμέτεχε ερήμας δι' αἴγερος, inter-

diu per desertum æthera vel aërem (quem et si volucres  
 peruvolant, in eo tamen non morantur : ideoque desertus  
 Lindaro dicitur) resfulget: sic tu non modò in Poëtices, sed  
 etiam in maximarum virtutum nitidissimo flore resplen-  
 des : & tui non modò Scotti, verùm etiam alienigenæ ex-  
 teræque gentes atque nationes ὑψηλῶς σῶν δέσμων, celso-  
 rum virtutum tuarum ἀποργλυκών, florem rauem (vt  
 ait Pindarus) magna cum voluptate animi odorantur.  
 Tritauus tuus Iacobus Stuartus eius nominis Scotorum  
 Rex primus (vt alios omittam) in utroque flore resplen-  
 duit : vt præter historiographos nostraros, Ioannes Baleus  
 & Polydorus Virgilius Angli commemorant. Ille etenim  
 literarum columen & literatorum dulce decus, tanta (vt  
 ferunt) ingenii celeritate & vigore præditus fuit, vt nullam  
 homine ingenuo dignam artem ignorauerit. Carmina la-  
 tina, grauibus referta sententiis, ex tempore fundebat.  
 Vernaculo etiam sermone poëmata cultissima scripsit, in  
 quibus ingenii præstantia elucet : Ille nihil antiquius ha-  
 buit, quam bonas litteras passim docendas per viros doctissi-  
 mos precio accitos curare: atque iustitiam & bonos mo-  
 res colere, cum suis heroios de virtute certare, iuuentu-  
 tem legibus continere, bellicisque exercere artibus, vt ne  
 animi per licentiam & otium insolentes fierent. Ab illo  
 tu minimè degeneras, IACOBE SEXTE, Rex humanissi-  
 me simul & doctissime, qui Scholas literarum à maioribus  
 tuis ornatas summa liberalitate & fauore prosequeris,  
 quod hoc omnium ordinum intelligas esse seminarium, &  
 inde quicquid villa in Reipublicæ parte magnum & excel-  
 lens sit, velut è fonte promanare. Neque solum docto-  
 res literatos præmiis allicis, sed ipse plerunque (vt ac-  
 ceipi) disputationibus eorum adesse soles, literatosque  
 sermones libenter audire. Possum itaque verè cum Aga-

peto dicere, εφ' οἷον αἱεδέχη τὸ διάτοις ὁ γρεῦος, ὃν πε-  
τί πᾶς τὸ παλαιῶν ἔσταξ, ὅταν οἱ φιλόσοφοι βασιλέων,  
ἢ βασιλεῖς φιλόσοφοί σαν. καὶ γὰρ φιλόσοφοι ντος μηδέπο-  
το τὸ βασιλεῖας, καὶ βασιλέων σπουδεῖς σοκαπέστη φιλόσοφοις.  
εἰ γὰρ τὸ φιλῶν σοφίαν, ποιῶ φιλόσοφοις, δέχητε σοφίαν, ὁ  
Ἐθεὸς φόβος, ὃν εὐ τοῖς σύροντις ὑμῶν Διός παντος ἔχετε, δι-  
δυλον ὡς ἀληθὲς τὸ περὶ ἐμοὺς λεγόμενον. id est: nobis mon-  
stratum est bene beatęq; viuendi tempus, quod quidam ex  
veteribus (nempe Plato lib. 5. de Republica) prædixit fu-  
turum, cùm vel Philosophi regnarent, vel reges philoso-  
phantur. Nam tu quidem & philosophando dignus impe-  
rii censeris, tum verò regnando imperandoque à philosophia  
neutiquam desciscis. Si enim amare sapientiam, cau-  
sa est efficiens philosophia, initium autem sapientiæ, ti-  
mor est Dei, quem in tuo pectore semper habes, liquidò  
dilucet, quām verum sit hoc quod dixi. Plato quidem con-  
iunctionem potestatis & sapientiæ saluti censuit ciuitati-  
bus esse posse. Et quidem Pallas sapientiæ & belli Dea  
singitur, Vnde Ouidius inquit:

*Ipse vides manibus peragi fera bella Minervæ;  
Artibus ingenuis non minius illa vacat:*

Quia potentia coimes esse debet sapientia, quæ sine po-  
tentia parum prodest, & sine qua plurimum obest poten-  
tia. Felix igitur & beata Scoria, cui hoc quidem conti-  
git, ut tu in ea suminam potestatem haberet, cui in do-  
ctrina, cui in virtute ac humanitate percipienda pluri-  
mum à pueritia studii fuisse & temporis. Ergo cùm ta-  
lis sis Rex, qui possunt non grati videri tibi nostri la-  
bores μεγαλεῖσθαι? aut quonam tandem modo perire  
queunt, te patrono? cuius auspiciis semper victuros esse  
confido. Cum autem me non lateat, quod apud Xeno-

phantem Euthero dicit Socrates, & πάνυ γε ἡδίον ἐστιν  
δέρειν ἔργαν, εὐφ' ὁ σὸν αὖ θεόν αἰτίαν ἔχοι. χαλεπόν γένεσιν  
ἢ ποιῆσαι, ὡς τε μηδὲν ἀμαρτεῖν. χαλεπήν γένεσιν  
τέτως τὴν ποιήσαντας μὴ ἀγνώμονι κριτῇ ποιῶντας. id  
est, non facile quidem est opus aliquod inuenire, in quo  
non is, qui auctor est, accusetur & culpetur. Difficile  
namque est, ita quicquam peragere, ut nihil erres, in nullo  
pecces. Quod si quis etiam inculpatè ac sine errore quic-  
quam perfecerit, difficile est tamen in iniquum iudicem  
non incidere. Ego tamen te, ô Rex illustrissime, tantum  
tamque felicem nactus patronum & defensorem carmi-  
num meorum, quibus Gallica Pibracii carmina illustra-  
re conatus sum, αἴτιον δάκος κακαροτάς (vt inquit Pindar) id  
est, acrem vehementemque maledicentia mortis  
non reformido. Ne grauare tamen si Musæus iste  
labor meus audet se tuis auspiciis attollere, si te patronum,  
si defensorem parat, qui in te vno omnes spes inno-  
centiæ suæ fitas ac collocatas habet. Et sicuti Pindarus  
Iouem exorans, αἴτιον δάκος κακαροτάς, inquit, ἐπεσσος γένοιο γένονος  
ἄνηγα, Ζεῦ πάντα: id est, non inuidus carminibus incis  
sis omni tempore, ô Iuppiter pater: hoc est, fauor tuus  
meis semper adsit carminibus, obsecro: sic mea carmi-  
na, quæ in tua clientela esse cupiunt, te, ut illis perpetuò  
faueas, obtestantur orantq; vehementer. Currum Musarū,  
certò scio, non auersabere: quo curru vēctant me per auiā  
Pierides loca,

*nullius antè*

*Trita solo: innat integros accedere fontes.*

vt ait ille. εἰσυπηγένος Μουσῶν ἄγμα γερρόποιος, ut cum  
Pindaro familiari meo loquar, ad honorandum te Mu-  
sæus properat curfus. Carmen intelligo, quod tui hono-

randi gratia mihi Musæ dictauerunt, quæ aureo carmine  
 suo, veluti curru triumphali probatum virum per vniuersum  
 orbem vehunt. Quemadmodum autem Pindarus ait,  
 τὸ δὲ ἐμὸν σὸν ἄπειρον Αἰανίδαι κέαρ ύμνων γένεται, id est,  
 meum verò cor non sine AEacidis hymnos gustat: sic ego  
 dico te non gustaturum hæc carmina Pibracii & mea sine  
 magna & utilitate & voluptate. Sunt enim lauta perennibus  
 Musarum fluentis: quibus dulcem iniectam esse videoas  
 materiam: quemadmodum ille, qui res præclaras gesserit,  
 μελίσφερος αἰπίας ποσιοῦ ἔβαλε, dulcem materiam  
 fluentis Musarum iniecit, ut loquitur Pindarus: vel, ut ait  
 Græcus Scholiastes, ἡδεῖας πρόφασις τῆς Μητρῶν φύ-  
 μαστην ἔδωκε: dulcem & mellitam Musarum fluentis occa-  
 sionem dedit. Nimirum is in caussa est, cur placide fluant  
 riui Musarum, cur aperiantur ipsarum fontes, indéque flu-  
 mina dulcissima oriuntur. Intelligo carmina, quorum fon-  
 tes sunt pulchra argumenta, atq; horum explicationes, flu-  
 mina. Sicut enim, auctore Aristotele, fontes oriuntur ex  
 aëre, alioue halitu terræ cauernis concluso (subit enim aer  
 terræ cauernas, inanitatis vitandæ, seu meatuum explen-  
 dorum causa) & frigore concreto, atq; in unum locum co-  
 acto collectoque usq; adeò ut à frigore superatus in aquam  
 vertatur, ac tandem maiore copia, quam que voci angustiis  
 coerceri possit, sensim accedente, crumpat in scaturigenes,  
 ita ut sicut fontes ex halitu, sic flumina ex fontibus or-  
 iantur: quanquam non ignoro Hebræos philosophos, ac  
 in primis Salomonem docuisse, ut venas humani corporis  
 ab hepate, sic aquas orbis nostri à mari proficiisci: ita pro-  
 fectò si allegoricā cùm Pindaro loqui velimus, pulchrum  
 aliquod argumentum, quod τὴ Κατακένευση seu subiectam  
 materiam appellant, est veluti fons carminis, quod inde  
 tanquam ex fonte nascitur, ortumque dicit suauissimum.

Idem verò argumentum ingenio clari poëtæ tractatum, & variè, fūlē, copiosèque explicatum, euolutum, & dilatatum, instar fluuii placidè fluentis, mollibus & iucundis numeris quasi fluere videtur. Vnde Persius inquit :

*Quis populi sermo est? quis enim, nisi carmina molli  
Nunc demum numero fluere?* (li)

Item Ouidius :

*Et carmen vena pauperiore fluit.*

Tu autem, ô Rex, iam videas, οὐ Φίλος ἄνων ἄνχροι (ut refert Pindarus) οὐ λυτῆς ἐπέων ἡμετέρων ροαις ζυγώ: id est, summum ac singularem sapientiæ florem inclytis carminum nostrorum (Pibracii scilicet & meorum) fluentis immixtum. Accipies ergo libenter hunc libellum, quem tibi mitto & dono : cui si tua Maiestas patrocinari dignabitur, non lādet me, certò scio;

*Si petat immani me lapide inuidia.*

Nec dicam cum Pindaro inuidiz vim metuente simul & deprecante, μὴ βαλέτω με λιθῷ τελεχεῖ φθόνος, id est, ne petat me aspero lapide inuidia. Immo verò dicam intrepidè, te patrono ac fautore laudis meæ :

*Hoc tibi mel niueo permistum lacte paravi  
O Rex, inuidia rumpantur ut ilia Codro.*

Ca mina porrò mea suauiter permista iucundis Pibracii versi s allegoricè mel appello albo lacti commistum: q̄ emadmodum Pindarus hymnum suum ad lyram cantatum, onisq; tibiarum temperatum vocat. χαρέ φίλος, inquit, ἐγὼ τίδε τοι πέμπω μεμυγμένον μέλε λευκὸν οὐδὲ λακτίον γραμένα δέσποτ' αμφέπει τῷ μὲν οἰδημον Αἰολίον

ἐν προσίσιν αὐλῶν. id est, salve amice. Ego tibi hoc mitto  
mel albo lacte permistum. Commisus autem ros potum  
celebre in AEolicis flatibus tibiarum amplectitur. Quæ  
Pindari sententia perobscura videtur. Sed eam Græca  
scholia dilucidè satis interpretantur hoc modo: Ἀλη-  
γορικῶς τὸν ὕμνον φησι. Τὸν αλὸν καὶ ηδύτερον αὐτὸν ὀπτι-  
δεινόνυμεν. Quæ verba facili more meo sic interpreter-  
tor: Hymnum suum allegoricè vocat mel albo lacti cō-  
mיסטum, monstrans hac allegoriâ candorem atque sum-  
mam hymni suavitatem. Lac enim candidum, & dulce  
mel est. Sed candorem istum, & suavitatem ex labore  
innuit prouenire, & pulchra quæque poëmata suavitate  
respersa & condita, esse laboriosa. οὐ γάλα φύ-  
σει παρέπειται τοῖς ἄντεραις, τὸ δὲ μέλι, μετὰ πόνους αἱ μέλι-  
ναι ἐργάζονται. id est, Lac enim naturâ sequitur pari-  
entes (quæ non sine labore, molestia, & difficultate pari-  
unt) mel autem apes cum labore conficiunt. Vnde Ho-  
ratius dixit:

*Ego apis Matina*

*More modique*

*Grata carpentis thyma per laborem*

*Plurimum circa nemus, vuidique*

*Tiburis ripas, operosa parvus*

*Carmina fingo.*

Poëta certè summam in scribendo curam poneret:

*Atque in versu faciendo*

*Sæpe caput scaberet, viuos & roderet vngues.*

vt ait Horatius. καὶ ὡς τὸ γάλα τῷ μέλι μεχθὲν χερσὸν  
γίνεται, εἴ τω καὶ τὸ τοίνυντα τοῖς αἰνοῖς ἐγκρατὲν, τοξοντὲς  
γίνεται. id est, & veluti lac melle permistum & tempe-  
ratum fit suave: sic etiam sonis tibiarum temperatum car-

men, iucundum redditur. Hoc ergo mel cädido lacte mistum: hoc est, pulchra hæc & suavia ingenii mei monumenta seu carmina, operosa quidem illa, sed auro gémisq; preciosiora, verbaq; lyræ motura sonum cōnexa superq; diuinis Fibracij versibus tāquam æternis basibus fundamentisq; cōstruēta, tuoq; nomini illustrissimo dicata & nūcupata serena frōte accipe, ô Rex, & lege atq; perlege, & boni consule, meq; ab inuidiæ & malevolentiæ obtrectatione defende ac protege. Protectus enim Regia auctoritate tua securus ero inuidiæ, quæ, vt Plutarchus inquit, ἀπειπομέλισσα τὸ ξενιστῶν Εὐζόμενων τεῖχος δρεπίνη καὶ δόξαν ηθῶν Εὐεργοπάτων: καὶ δε περ αἱ Κανθαρίδες εμφύουσαι μάλιστα τῷ ἀκμάζοντι σίτῳ Εποιεῖσθαι λέσσον πόδας: id est, eos precipue mores easque personas infestatur, in quibus probitatis radii colludent, virtusque & gloria maiorem in modum augentur: veluti Cantharides (quarum emula est inuidia) floridissimis quibusq; rosis, eisq; maximè frugibus, que iam letæ sunt ac adulteri, innascuntur: & iam adulterum frumentum, & amoenas florentesque rosas depopulantur. Quin etiam te patrono, non submergar ego furiosis inuidiæ fluctibus: sed super omnium & reprehensionum, & maledictorum ac calumniarum vndas fluitabo immersabilis ut suber, siue cortex, qui (vt ait Ouidius)

*summa leuis innatat vnda,*

*Cum graue nexa simul retia mergat onus.*

Ita vt cum Pindaro verè queam dicere, ἀπὸ θεοῦ ἐνάλιον πόνον ὁ χοίστας Βατὺ σκυδοῦς ἐπέργεις, αἴσατης εἰ μ., Φελλὸς ὁς, ὑπὲρ ἔργος ἀλμας: id est, quippe sum immersabilis ut suber seu cortex super maris superficie: qui quidem cortex aut suber instrumenti sit alterius, videlicet retis piscatorii marinum profundè sustinentis laborem. Non dubito, quin latini versus nostri Gallicis & auricis Fibracij versibus re-

spondentes, suos habituri sint μωμός. Sed πλλὰ μωμό-  
σαδη̄ ράον ἐσιν ή μωμόσαδη̄, multa cauillari seu vitupe-  
rare, reprehendere, ac irriare facilius est, quam imitari.  
vt vetus est proverbiū. Nos quidem Gallica ista Tetra-  
sticha & Epigrammata vertimus, vt potuimus: nec aliis  
fortasse m̄diis. Tu interim vale Rex illustrissime simul &  
doctissime humanissimeque. Pictauij Calendis Ianuarijs.

Anno Χειρονίας. CIC. IO. LXXXX.

D ii





AD

# ILLVSTRISSIMVM

*Scotia Regem Iacobum Sextum.*

THOMAE BICARTONIS EPIGRAMMA  
haustum ex arcanis Epistolæ fontibus.

**A**CCIPE doctiloqui, Rex, aurea  
 tota Pibraci  
 Carmina, nō vlo deperitura die.  
 Sume me & pariter monumenta la-  
 tina Camœna,  
 Quæ series æui nō abolere queat:  
 Nubis & horrisonæ quæ non exercitus atrox  
 Obruat hybernis turbidus imber aquis:  
 Nec maris in falsos ventorum turbo recessus  
 Trudat: nec rutilo Iuppiter ense petat.  
 Vиuent æternis Musarum lota fluentis,  
 Ac Maiestati tota sacrata tuæ:  
 Tu sed ades numeris Rex o non inuide nostris,  
 Tuque meæ felix sis Cynosura rati.  
 Qui iusto Scotos clavo moderare potentes  
 Armis atque animis, conspicuosque fide.  
 Qui regis & facili iustum moderamine sceptrum,

Pulcher & es patriæ flos oculusque tuæ,  
 Ante annos animumque geris curamque virilem,  
 Qualis præ reliquis pulcher Iulus erat.  
 Et per desertum veluti micat æthera Titan,  
 Ignem spirantes qui regit acer equos,  
 Celsarum splendes virtutum in flore corusco,  
 Suaui & in hymnorum flore poëta nites.  
 In quo flore tuus tritauis resplenduit olim.  
 Eius uti faciunt tot monumenta fidem.  
 Musarum scyphale, dulcis craterque modorum,  
 Qui docto placidum fundis ab ore melos,  
 Asperet mihi dextra tui nunc aura fauoris,  
 Hoc ut tua mihi per mare puppis eat.  
 Suber & irato velut immersabile ponto  
 Fluctuat, ad fundum nec graue rete trahit.  
 Sic ego sic afflante tui me numinis aura,  
 Nauigioque simul subueniente meo,  
 Trajcam in columnis fluctus liuoris iniqui,  
 Mole sua nec me merserit Inuidia.  
 Quæ doctos obliqua viros incessere, & horum  
     Virtutes atro rodere dente solet:  
 Cantharides frumenta velut populantur adulta,  
 Peste sua pulchras interimuntque rosas.



## LECTORI.

Si pro nulli vatum pag. 6. legeris, nullivati, non repugnabo. pro danaui, pag. 17. lege donau. pro  $\alpha\pi\epsilon\bar{\eta}\zeta$ , pag. 21. lege,  $\alpha\pi\epsilon\bar{\eta}\zeta$ . pro  $\alpha\eta$ ,  $\alpha\bar{\eta}$ , & pro  $\alpha\pi\tau\bar{\eta}$ ,  $\alpha\pi\tau\bar{\delta}$  pag 25. Reliqua typographiæ errata facile tuo martccorriges. Nam si qua sunt, leuia sunt & paucissima.

# Thomæ Bicartonis

S O M N I U M.

Ad illustrissimum Scotorum Regem

I A C O B Y M S E X T V M.



Γεῖος ὄνειρος

καὶ γὰρ τὸν αὐτὸν Διός ἐστιν.  
Νῦν δὲ ἔμετεν ξώσεως ὥκη. Διὸς δέ τοι ἀγελός εἰμι,  
Οὐδὲ σεν αὐτούτου εἰών μέχος καθίδε τοι.



# AVCTORIS

*Ad Regem suum dimetra.*

LAE T O meum, Rex inclyte,  
Hoc sume vultu somnium,  
Pulchris relatum versibus:  
Quos anteponas stridulis  
Gruum simulque hirundinum  
Et graculorum cantibus,  
Raucisque coruorum sonis:  
Qui voce clament horrida  
Contra volucrum principem,  
Dium Tonantis nuncium.

Pascuntur ima graculi,  
Nec se valent attollere  
Tractus in altos nubium:  
Quo tendit ales armiger  
Iouis, minister fulminis.

Istae grues, hirundines,  
Istique corui, ac anseres,  
Et graculi volucribus  
Eheu canoris inuidi  
Obmurmurant oloribus:

*Sororibusque Hia. ...  
Ipsiique Phœbo Apollini  
Sacras cicadas impetunt.*

*Attute Rex clarissime  
Spernens grues & graculos,  
Hirundines & anseres,  
Istosque coruos absonos,  
Sacram cicadam proteges,  
Cycnumque diligestuum,  
Et aure leni exaudies,  
Iouisque amabis alitem.*

E





# Thomæ Bicartonis

S O M N I U M.

 V O melius faciliusque somnium nostrum percipias & intelligas, Iacobe Rex illustrissime, memoria repetes quæ apud Pindarum legisti. Ille namque (ut nosti) Aquilæ auium principi se comparat interdum, quæ non solum terras volatu suo metitur, sed etiam ultra mare fertur. Ait enim Pindarus, *καὶ πέρας πύνοι πάλλοντ' αἰενί.* id est, & ultra mare feruntur aquilæ. Significat enim poëmata sua & terras & maria permeare, ad remotissimasque nationes peruenire. Idem Pindarus alibi seipsum vocat aquilam: garulos autem ineptosque poëtas coruos appellat, maximeq; Bacchylidem antagonistam suum, ut monet Græcus scholiastes. vnde Pindarus inquit: *Λάθροι πάγιστα κόρεας ὡς ἀκρατερά ταρπύετον Διὸς μὲς ὄρνυχα θεῖον.* id est, vehementes garrulitate, velut corui, irrita clamant aduersus diuinam æuem Iouis: scilicet aquilam: *ἥγετη ἐμέ.* me videlicet. *ἄστρῳ αἰενὶς κόρεας υψιπλων, πονδῶν ἐγώ τούτων Βελίων.* id est, quanto enim aquila coruo præstantior est, tanto melior & excellentior ego sum istis. ut Græcus scholiastes interpretatur. Ego quoque non dulito, quin mea, ô Rex, carmina *μερόντα*, seu alata (ut Pindarus

hymnum suum nuncupat) instar aquilæ, (absit verbo iactantia) Deo propitio, terras peruolantia, & ultra mare lata magno omnes applausu sint excepturi, cernentes ea tuæ dicata Maiestati: cuius splendor multò iucundissimus omnium mihi bonorum gratiam & benevolentiam conciliabit, meque fulgens veluti clypeus ab obtrectionis & malevolentiae venenatis spiculis tuebitur. Scio enim hirundines sacræ cicadæ hostes esse. η χελιδὼν (vt ait Plutarchus) μέλισα τὸς πέτρων ιερὰς καὶ μεσηνὰς ὄντας δοτούννονται σπεῖραι, id est, hirundo enim canoras & Musis sacras cicadas potissimum persequens occidit & comedit. Per hirundinem verò, ineptum aliquem ac inuidum versificatorem intelligo, instar hirundinis impense garrulum, qui sacram Musis cicadam, id est, sacrum & eximum poëtam maledictis insectatur. Quales fuere Meuius, Bauius, Anser, Paro, Filistus, Hyginus, Carbilius, Herennius, Faustinus: qui omnes tanquam improbae hirundines sacram illam Musis cicadam, Virgilium videlicet, inani molestoq; strepitu vexarunt, atq; obtrectione quadam inuidiæ, indignisque verborum contumeliis lacerauerent. Id verò memini me versibus his olim perstrinxisse, cum oppugnatori cuidam Virgilii responsum in sequenti die me daturum receperisse:

*Instulit inuidio quondam fera bella Marenii  
Filistus, sola garrulitate potens.*

*Liuor & Hygini prætendere nubila famæ  
Virgilius cœpit, Carbiliique furor.*

*Eius & errores contraxit Herennius omnes:  
Rara viri virtus si tamen error erat.*

*Insimulauit eum furci Faustinus iniqui,*

Ut Romæ atque alibi fabula longa foret.  
 Et Paro Bucolicis malus insultauit, in illa  
 Scripsit & insanos non sine felle iocos.  
 Menius & Bauius tanto inuidere poëtæ,  
 Anser olorinos odit & ipse modos.  
 Hic tamen inuitis viuit Maro. Zöile, quid tu  
 Intentas tanto pralia vana viro?  
 Cras ego pro magno tibi respondebo Marone,  
 Tuque feres iaculis vulnera facta tuis.

Non igitur mirandum erit, si memet importunæ petant hirundines, cum tantam cicadam, quam cæteræ omnes ut parentem venerantur, persequi non desierint. At vos hirundines cauete, moneo, cauete, inquam, ne cicadæ obstrepentes, in vos atrocem concitatis iram Apollinis, cui (ut Græcus interpres Aristophanis inquit) ὁ τέλιος μεσογεῖ ὄντες, αἰακῶν γῆ, id est, cicadæ, cum sint musicæ, sacratae sunt. Cauete, inquam, ne sacræ obstrepentes cicadæ, Apollinem irritetis, qui paruam versus in cicadam, mirabili modo canet, vobisque maximo cum malo vestro respondebit. Sicut olim beneuolè καὶ θεραπεῖσθαι ἀρχαὶ διὸς ἀδονίς (ut ait Julianus Imperator) περὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς χορεύσεως, τὸν λόγον τοῦτον ὁ Πύθιος αὐτοῖς φέρεται: id est, citharœdo Orthium canenti (nimirum Eunomo, contra Aristonem Reginum, cum quo in certamen venit, victorque declaratus est, & statua decoratus) cum neruus deficeret, Apollo ipse cicadæ specie respondit.

Est Deus in nobis, sunt & commercia Cœli  
 (ō hirundines)  
 Sedibus ætheriis spiritus ille venit:

*qui Dat mihi non parvas Romana in carmina vires.*

Illi ego viribus contundam & malè disperdam vos hirundines, nisi cicurari & mansueti velitis, & sacram Muīis & Apollini cicadam venerari. Quid dico cicadam? immo aquilam: quam vos graculi debetis reuereri. Scò fortasse venio ad tuas laudes, Iacobe Rex clarissime, decantandas. ἐπὶ δὲ αἰτίᾳ ὡκὺς τὸν πελαγοῦς, ὃς δέχεται οἰωνῶν (ut ait Pindarus) ἔλασεν αἴψα τηλότεν μετάγνυμένος δαφνον  
ἄργεα ποιεῖ. κραυγή την ἢ κολοσοὶ πεπινὰ νέμονται: id est: sed est aquila pernix inter volucres: quæ dux auium statim corripit procul inuestigans cruentam pedibus suis prædam: clamosi autem graculi humilia depascunt. Hoc est: si Εὐλόγιος ὁ φίλος γέγεραπλαί μοι τὸ πόνημα, ὅμως ὡς αἰτίᾳ (ut ait Grætus scholiastes) Ταχέως περιελθὼν τὴν Ηγεδούσεν Καρπούσιον, εἶτας ἐγώ ταῦτα τὸ σῶν δέοτάν την κάμηνα Ταχέως πειραπλανᾶ Εγέρα φα. οἱ δὲ αὐτοὶ περιχονοὶ μεκολογοῦ εἰσικαστοι, κραυγήσοντες μένον, καὶ ταπεινὰ νέμομενοι, & διώσανται τὸ Αἰγαίονεδρον οὗ Φοι. id est: etiam si omnino tardè seroque scripsi hoc carmen, tamen ut aquila celeriter adueniens venatur quippiam ac corripit: sic ego laudes tuis debitas virtutibus statim arripui & scripsi. Artis autem meæ æmulii, qui mihi met obtrectant, instar graculorum vociferantur tantum, & humilibus pascuntur & delectantur argumentis. non possunt autem tolli in sublime. Non ego graculorum istorum agmen importunissimum reformido.

*namque aquilæ non graculus audet  
Se conferre duci volucrum: licet obstrepat usque  
Garrulus, haud superas aquilam comitatur ad arces  
Dyonis armigeram, quæ flammea spicula Phœbi  
Sustinet illæsis oculis, nec gracule curat*

*Te, pugnâ horrificos ausa exagitare dracones.*

Vt copiosius in Elogiis ostendimus. Silete igitur odiosè strepentes graculi, aquilamque veneramini. Silete grucus, atque suaves noui cycni cantus audite.

*Parvus enim cycni est melior canor, ille gruū quām  
Clamor in ætheriis dispersus nubibus Austri,*

vt ait lucretius. *καὶ τόπος ἀστράφει κύκλοις, ὅπου νελονοὶ σιωπήσωσιν;* id est, & tum cantabunt cycni, cùm graculi conticuerint. quod est Græcis hominibus in proverbio. Sileant ergo graculi. Nam vt rectè Antipater Erinnam παιροέπη laudans inquit:

*Λαϊπόθε κύκλος μικρὸς Θρόθε, ηὲ νελονῶν  
Κρωγμὸς ἡν εἰαεινάς κιδνάμενος νεφέλας.*

Id est, melior atque præstantior est cycni modicus cantus, quām graculorum strepitus, qui vernis in nubibus dissipatur. Ego verò cum Horatio μεταμορφώμεν, trāsformor,

*Et iam residunt cruribus asperæ  
Pelles: & album mutor in alitem  
Supernè: nascunturque leues  
Per digitos humerosque plumæ.*

*Me nouum multa & lenat aura cycnum.*

Suspicite ὦ graculi, & colite. vos item hirundines silentes cycnum honorate.

*Quid enim contendat hirundo  
Cycnis? aut quidnam tremulis facere artibus hædi  
Consimile in cursu possint, ac fortis equi vis?  
vt inquit Lucretius. Sed graculis istis ac hirundinibus*

neglectis, à quibus veluti vespis nil præter infestos importunitatis aculeos expectandum est, ad mea niam vno somnium, quod est huiusmodi. Legeram, o Rex, a<sup>z</sup>i. Pindarum, aquilam (vt modò dixi) non terras solu. n. uolare, sed etiam ultra mare ferri. legeram etiam præclaros versus illos Theognidis, quibus significat, Cyrno partam & comparatam esse nominis immortalitatem, dicitque se tales ei alas donauisse, quibus instar avis altè sublatus vniuersum orbem terrarum, atque adeò mare immensum peruelare possit. ait enim:

*Sοὶ μὲν ἐγώ πλέρει ἔδωκα, σοὶ οὖς ἐπ' ἀπέργοντα πύραν  
Πατήσον καὶ γλῶς πένσον αἰρόμενος  
Ρηνίδας, Γαύρας δὲ νῆσον εἰλαπίνης περέσαν  
Ἐν πάνταις, πολλῶν καίμενος ἐν στήμασσι.*

Id est: tibi quidem ego alas dedi, quibus per immensum mare volabis, supra terram vniuersam sublatus facile, epulis autem & coniuiciis intercris omnibus, multorum in ore positus. Potui quidem ista versibus explicare, vel istis:

*Ipsæ tibi pennas tribui, quibus æquora ponti  
Immensi, totum peruolitesque solum:  
Omnibus ac epulis in multorum ore repositus  
Intersis, famæ laude sonarte tua.*

Sed ignaræ Græci sermonis multitudini cū bona tua venia libuit, o Rex, consulere. Itaque sic vt vides interpretatus sum vt alia pleraque. Legeram præterea varia miracula, quæ Ioannes Bodinus cap. quarto & quinto, lib. 2. de Mag. dæm. commemorat, ostendens permultos homines ex una regione in alteram & corpore & animo translatos fuisse. Inter alios autem recenset Ioannem Theutonicum sacerdotem Halberstadiensem Magum eo tempore celeberrimum, anno M. C. C. lxxi. quem media

nocte tres Missas cecinisse dicit, vnam Halberstadii, alteram Moguntiaci, tertiam Coloniæ. Cùm ergo talia legi-  
sem, & ad multam noctem legendo vigilasse, fessus tan-  
dem cubitum discessi, fusisque Deo precibus obdormiui.  
Arctior autem me, quām solebat, somnus complexus est.  
Ego igitur qui permulta de volatu & exportatione homi-  
num iam legeram, somniaui me volare. fit enim ferè, vt  
cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno  
tale, quale de Homero scribit Ennius, de quo videlicet sa-  
piissimè vigilans solebat cogitare & loqui, vt refert Cicero,

*Namque sibi exortam semper florentis Homeri  
Commemorat speciem, lacrymas & fundere falsas  
Cœpisse, & rerum naturam expandere dictis.*

vt retulit Lucretius. Nempe cura qualis vigilantem fa-  
tigauerit, talem se ingerit dormienti. vt ait Macrobius.  
Hinc illud Claudiani:

*Venator defessa toro cum membra reponit  
Mens tamen ad sylvas & sua lustra redit.  
Iudicibus lites, aurigæ somnia currus. &c.*

Ita mihi somnia fuerunt ea, quæ de volatu, & exportatio-  
ne translationeque corporum ac animorum vigilans lecti-  
tabam simul & mirabar. Quin & somnii nostri causa fuit  
Pindari figmentum: apud quem legebam, aquilas cum  
Musis & Apolline in Pelio monte Thessalię cantitare in gra-  
tiam Pitheæ victoris. Ait enim, πεφρων ἡ κάκειος αεί-  
δη Παλίω Μοίσαι ὁ κάλλιστος χορός. εἰ ἡ Μοίσης Φόρμωγ,  
Απίλων ἐπέγλωτος ξενούεω πλάκτεω διώκων ἀγέντο  
πυρσίων νομῶν. Id est: lubens autem & illis (nempe αετοῖς  
aqualis) in Pelio canebat pulcherrimus Musarum chorus:

inter Musas autem Apollo citharam septilinguem aureo plectro pulsans, inchoabat omnigenas cantiones seu melodias. Per aquilas autem Pindarus intelligit summos & diuinos poëtas. Sic ego quidem, his lectis, in altaq; mente repositis, vbi cubitum iui, somniaui me pernicis aquila in motrem supra mare volare in Scotiam, de qua etiam vigilans sapissime cogitabam & loquebar. Nam ut ait Ouidius.

*Nescio qua natale solum dulcedine cunctos  
Allicit, immemores nec sinit esse sui.*

Videbar autem volando peruenisse in syluam Scottiæ, quam Caledoniani appellant, vocabulo à Scotica voce deducto atq; deriuato. Calden enim Scottis ea arbor est, quæ latinis corylus dicitur. Vnde & Caledonia sylæ nomen inditum: & Caledoniorum oppidum, ad Taum amnem situm, Duncalden adhuc vocatur, hoc est, corylorum tumulus, vel collis seu tumulus corylis consitus. Corylus enim cum per inculta se latissimè funderet, & syluarum opacitate agros tegeret, & oppido & genti nomen dabat. Caledones enim aut Caledonii gens olim inter Britannorum clarissimas alteram partem regni Pictorum faciebant, quos Ammianus Marcellinus in Caledones & Vecturiones diuidit, quorum nunc vix nominis vestigium aliquod supereft. Quocirca pro mari Deucaledonio apud Ptolemæum, scribendum est Duncaledonium: & apud Marcellinum, pro Dicaledones, Duncaledones: & mari & gente à Duncaledonio oppido cognominatis. Vetus nomen est Caledonia, infra Atholiam ad dexteram Tai ripam sita, vulgo dicta Duncalden, à duno, id est, colle, & calden, corylo, ut modò dictum est. Dunum autem pro vocabulo Gallico agnoscit Plutarchus expicens lugduni originem, Plutarchus, inquam, is qui de fluminibus libellum scripsit. Quam vocem Gallicam fuisse ostendunt etiam cumuli illi arenae in littore Morinorum,

qui Duni adhuc appellantur: & in mari cumuli aduersus Anglicum littus, quibus idem est nomen. Quare oppidum illud in Scotia, quod Boëtius patriæ suæ gratulans ambitiosè Deidonum vocat, verius Taodunum diceretur, à Duno, id est, colle ad Taum sito, sub cuius radicibus oppidum est extructum. Atque hæc quidem eruditissimus poëta nostras Buchananus me docuit:

*Cuius ego audaci tento fide gaudia fame,  
Sic tamen, ut fatear tanto me cedere vati,  
Quem longè sequor, et vestigia semper adoro.*

*Proximos illi tamen occupare*

*Nitar honores:*

ceu Pallas Ioui.

*Namque ego proiiciens pollenti robore discum,  
Tam procul eiaculer vi superante mea,  
Quam meus exuperat plena dulcedine morum,  
Anteuenitque alios Rex probitate viros.*

*Qui sic ante alios animo que et corpore fulget,  
Lucifer exoriens inter te astra micat.*

Quemadmodum diximus in Elogiis. Neque enim te fallit, ô Rex, quod ait Pindarus ingenio vates mirabili præditus: *χεῶν λάμπει, ἐωσ φόρος δαντὸς ὡς ἀσποῖς ἐν ἄλλοις:* id est, fulget corpore (vt tu fulges) sicut lucifer inter cætera astra conspicuus. Nec te latet illud, quod idem inquir, *μακρὰ διπλῆ τε, ἀγριὴ τε μητρὸς θ', οὐαρ ὁ γραῦς ξεροκεράτης* *τετράς αἰθρίας ἦν γλυκὺς τοι εἶχεν.* id est, discum proiiciens eiaculer tam longè, quam Xenocrates (vt tu) suavitate morum homines alios anteiuit. Per discum autem *ἄλλην οὐαρῶν* poëticam facultatem intelligit, qua se reliquis ante-

cellere poëtis innuit. Si discum (inquit Pindarus) iecero,  
longius iaculabor quam alii. quasi dicat, quantum Xenocrates  
morum splendore, & comitate ac humanitate ceteros  
excellit homines, tantu ego reliquos poëtas iniimitabi-  
li facultate poëtica superabo. Quod si verò nos in iaciendo  
disco poëtico, seu in prædicatione laudum tuarum supera-  
bimur, ô Rex, à præstantioribus poëtis, qui nobis fortasse  
lauream præcipere contendent, magni tamen conatus no-  
stri laudabuntur, & Phaëton tæi partem elogij promerebi-  
muri. De me namque illud, aut aliud quid simile fortasse  
prædicabitur.

*Uatibus hic summis contendit carmine dulci:  
Quos si non vicit, magnis tamen excidit ausis.*

Verum huc longius quam voluntas fuit, à proposito digressa  
est oratio mea. nunc igitur ad id, unde digressi sumus,  
reuertamur. Somniaui, ut paulò antè dixi, me in Scotia syl-  
uum Caledoniam aduolasse: ubi aquilas, id est, clarissimos  
poëtas cum Musis & Apolline tui, ô Rex, ornandi causa  
cantillantes videre mihi visus sum. Te verò Apollo ipse, cui  
medio in choro assidebas, venerabatur & mirificis laudi-  
bus efferebat, Naxiæq; coti & Argo atq; Soli comparabat.  
Quibus comparationibus Pindarum & Julianum Impera-  
torem usos esse commemini. Nosti enim Pindarum coti  
Naxiæ (quæ inter alias cotes & lapides ad acuendum fer-  
rum idoneos, principatum obtinet) comparare lamponem  
ceterorum omnium athletarum longè fortissimum. Vnde  
refert: Φαινετος αυτοις εν αθλησιον εμπειρος Ναξιαν πέ-  
ρησει εν αλλαις χαλκοδαμαντ' ανγρα. id est: diceres illum  
virum inter athletas esse Naxiam cotem inter alios lapides  
aris aut ferri domiticem. Sic Apollo te reliquis tui saeculi  
regibus anteponebat, non quod fortunæ, sed animi bonis  
reliquos antecelleres. Ob eamque causam Argo te Solique

comparauit. ἀπεργὸν Αἴρον τὸν Φύλακα τὸν Ιοῦς οἱ μῆνοι  
 περίοδοις ἔχονται τὰ διάτημα τοῦ Ιουλίου, αὐτομάτης πάντοτε οὐ φ-  
 θελμῶν Βολῶν τετράτην (vt ait Julianus Imperator)  
 γέτωνται σε γήπεδον αρετῆς Φύλακα καθηροῖς πανδίστρως  
 οὐ φθελμοῖς οὐ λόγος Φωτίζει. id est: Sicut enim Argum illum  
 custodem ius deliciarum Iouis curam gerentem vigilibus  
 oculorum fulgoribus vndiq; sepiunt muniuntq; fabulae: sic  
 te germanum verumque custodem virtutis puris doctrinæ  
 luminibus illustrat eloquentia. Atq; vt idem Imperator in-  
 quirit ὡπερ ἡλίος καθαρὸς δικτυος, αἰτίας σου αὐτογεφνεῖς οὐτὶ  
 πάντας ἄγεις, & μόνον τοὺς παρεῖσαι Θεούστα τὸν ζωῶν, αἷλλα καὶ  
 ἀποντας, εἰ φόρον ἔχει τοῖς πολέμοις σεμνύνων. id est: ni-  
 tidi Solis in morem, tuos illustres radios in omnes emittis,  
 non modò cum præsentibus ea, quæ decent ac honesta sunt,  
 communicando, verū etiam absentes, in quantum licet &  
 fas est, his quæ à te proficiuntur scriptis ornando. Mihi  
 etiam visus est Apollo hortarite, οὐ Rex, vt mei metineris,  
 meque, quem iustis, veris, ac meritis laudibus ornauit, in  
 vatum ac domesticorum tuorum numerum cooptares.  
 Musæ autem & poëtæ, quotquot aderant, omnes annuebāt  
 votum perfici cupientes: qui exultantes lætitia, gaudioque  
 triumphantes, amicas valde pro me voces mittebant, quas  
 aëris & linguae filia Echo (vt Ausonio dicitur) quæ mea mi-  
 hi carmina, quæ puer ego per patrios agros cantitabam,  
 solebat resonare, dilecti vatis amore repetens, prægestire  
 gaudio videbatur. Tu verò iusta vota pensiculans, ea te pro-  
 barē declaras; Regio imperio tuo, quo tuam erga me be-  
 neuolentiam aperiens redire in patriam iussisti, magnaque  
 & bona spe animum erexit meum. Quod certè imperium  
 tuum, quod mini visum est in quiete iucundissimum, non  
 ex quinque fas existimo. Hoc autem somnium his paucis ver-  
 sibus complexus sum.



# S O M N I V M



*UNCIA fulua Iouis sola  
non modò sicca volatu  
Metitur, vasti sed transuolat  
æquora ponti.*

*Iamque Caledonia sacrati Regis  
in ora*

*Cum Musis aquilæ cantant, & pulcher Apollo  
Obloquitur numeris septem discrimina vocum,  
Pulsantis plectri resonantia molliter auro.  
Atque meum tali commendat carmine Regem.*

*Argo, qui pulcham custos Iunonius Io  
Delicias magni fertur seruasse Tonantis,  
Plurima diuini tribuerunt lumina vates:  
Te quoque custodem pulchræ virtutis & almae,  
Florida doctrinæ illustrat facundia puris  
Luminibus: ceu Sol q[ui] nitens virtutis amœnos  
Ipse tuæ radios late diffundis in omnes.  
Utque omnes reliquas vincit eos Naxia cores  
Ferri, æris domitrix: ita tu virtutibus ardens,  
Doctrinæq[ue] potens, alius præstare videris  
Regibus, hoc nostro tellus quos extulit ævo.*

Euge decus patriæ, Musarum & gloria Phœbi  
 Eia, cui, quem terra tenet peregrina, poëta,  
 Nempe BICARTONIS, qui te meminitq; colitque  
 Absens absentem, memor esto : choroq; benignus  
 Insere laurigero : simili cui tempora ramo  
 Iam dudum frondent : nato nam protinus illi  
 Aoniae risere Deæ, blandoque recepit  
 Calliopea sinu, doctis ac amribus ora  
 Imbuit : & puerō citharam iucundâ sonantem  
 Ipse dedi, & sacris præstrinxī tempora fertis.

Illum diuinus C O N S T A N T I V S ordine vatum  
 Non extrudat amor noſter: neque ROLLOCVS acri  
 Præditus ingenio, Phœbique potenteris alumnus  
 Non vulgare loquens, famam speransque sepulchro:  
 Is neque, quem geminæ decorat facundia lingua,  
 Eijciat R A M S A E V S : ei G E D D A E V S & ipſe  
 Accinat : & numeris permisceat aurea doctis  
 Carmina M A L C O L M Y S: VILKEIVS & ore diferto,  
 Quem doctrina parem diuino reddit Homero,  
 Carminis & lepidi candor grauitasque Maroni  
 AEquat, Scotorum flos ô suauissime Regum,  
 Discipulo moresque tuos & facta canenti  
 Occinat, & faciles aures animumque sagacem  
 Præbeat: arque aquilæ reliquæ (quas dicere cunctas  
 Lögum effe: neq; nunc omnes memorare necesse eſt)  
 Suauidicax similesque velint miscere Camanas.

Hæc ubi dicta dedit Phœbus, Musæq; aquilæq;  
Quotquot erant, blandas visæ mihi tollere voces:

CHO Aëris eꝝ lingue vicino nata sub antro.

Has iterabat ouans, mecum quæ saepe solebat  
Mellitum patrios carmen resonare per agros.

Tunc verò ante alios mihi quos vidisse videbar

In luco vates, CONSTANTIVS ore verendo,

Ore, quod eloquij summa dulcedine mella

Nestoris annos, nec non sapientis Ulyssi,

Hybernis niuib; qui verba simillima fudit,

Vincebat, tota fatus reticente caterua;

Dulce decus nostrum, quo te usque decorata tenebit;

Gallia? deserti suspirans iugera campi,

Iugera, legitimus quorum cognoscetis hæres :

Orpheo teque suum iam desolata queruntur

Absentem, squalentque horrentibus aspera dimis;

In que tuis memorant fontes arescere campis

Præluctu, pulchrasque tuas, quas negligis, aedes

Corruere, absentem dum te lugentque gemuneque;

Quippe illas quondam mulcebas carmine dulci:

Iam mutæ mœrent, ruituræ forte dolore.

Te modo cùm patriæ ciuis desideret omnis,

Et sperata diu plorent connubia Nymphæ,

Nos sacrivates in primis cernere vatem

Tecupimus, suavesque tuas audire loquelas.

Gum foret ille puer, rex ô clarissime regum;

Scotica quos tulerit tellus, latura vel vnguam est,  
 Montes, antra, nemus Musis dilectus amabat.  
 Hic puerο sancte dictabant carmina Musae.  
 Illius Hyblæis cum dulcior ore fluebat  
 Sermo fauis: quem nunc valida florente iuuenta  
 Esse putas? quantum puerο mutatus ab illo  
 Eminet? o quantum patriæ molitur honorem?  
 Et tamen hoc tanto nos vate carebimus? & tu  
 Gaudia nostra fines peregrinam carpere gentem?  
 Rex generose iube, si fert ita corde voluntas,  
 Ad patrios redeat bonus ille poëta penates.  
 Sunt Phœbi, sunt hæc vatuum pia vota tuorum.


Annuerant Musæ, Rex annuit ipse: sed inter  
 Musas Calliope sic os in verba resoluit:  
 Qui Phœbo & Musis curæ est, cordique poëtis,  
 Sit curæ iam, sitque tibi, Rex inclyte, cordi.  
 Te vates, te Pierides, te Phœbus honorat,  
 Et te præ reliquis vnum magis ardet alumnis,  
 Et morem ante alios sibi te bene nouit alumnos  
 Gesturum, & surdum non ad sua vota futurum.

Tum medio in cœtu sublimis ut ipse sedebat  
 Rex, & purpureo latè splendebat amictu,  
 Qualis ubi Oceani Titan digressus ab undis  
 Extulit os sacrum Cœlo, curruque coruscat  
 Aureo, & illustri proturbat nubila vulcu;  
 Ille mihi curæ vates Heliconius inquit,

Ille mihi cordi est, tanto quem Phœbus amore  
 Prosequitur, quem vos iuuat & docuisse Sorores.  
 In patriam redeat, nec eum rediisse pigebit.  
 Nil est, quod metuat nobis iucundus ob artem  
 Et mores, niuea qui simplicitate probantur.  
 Illum, quem dulci lactauit nectare Pitho,  
 Exposuisse suam per scripta illustria mentem  
 Iam certū est, Phœboq; sacram meruisse coronam.  
 Non meus absister fauor illi : protinus illum  
 Diligo dilectum Phœbo, & quisque, meisque  
 Utibus eximius, quibus annumeramus eundem.  
 Ergo lares patrios studio properante reuusat,  
 Regis ut ipse sui possit gustare fauorem.

Sic effatus erat : simul & me latara relinquunt  
 Somnia, magnificæ forsitan prænuncia vitæ  
 Degendæ in patria : nec enim sunt irrita Phœbi  
 Auguria : & Regum in somnis non vana piorum  
 Obicitur species. Regi parere vocanti  
 Me decet. In patrias hinc ergo recedere terras  
 Cogito : & ero Deum, mea non mala vota secūder.





# Thomæ Bicartonis

ADVOCATIONES DVAE.

*Una, pro Iulio Cæsare aduersus Alexandrum  
Magnum: altera, pro Alexandro  
contra Cæarem.*

*Ad illustrissimum Scotorum Regem*

I A C O B V M S E X T V M.



# ARGVMENTVM.

*Aduocationis prima pro Iulio Cæsare  
aduersus Alexandrum Magnum.*

C OMPARANTVR Alexandri Magni facinora cum Cæfareanis. Et in primis quidem Persica: quæ rebus gestis Cæsariorum inferiora esse confirmo, cum præsertim Magnus ille Pompeius à Cæsare debellatus, Dario Regum potentissimo, sed tamen ab Alexandro tandem subacto & deuicto longè acrior & rei militaris peritior dux extiterit: atque etiam firmior, fortior, militumq; robore instructior exercitus Pompeium, quam Darium secutus sit. Deinde Getica facta Alexandri conferuntur Germanicis, Britanicis, Gallicis, Hispanicis, Romanis, & AEgyptiacis rebus Cæsariorum, & illis minora esse ostendo. Nam si semel Alexander Istrum seu Danubium transiuit, Cæsar primus Romanorum Rhenum traiecit: & Germanos secundo Marte oppugnauit. Idem Romanorum primus exterius mare traiicere ausus est, & primus omnium è naui desilire: atq; inde statim bellicosam Britannorum gentem edomuit. Idem Gallos sub imperium ditionemque populi Romani subiunxit. Nam in Gallia plus quam trecenta oppida, atq; ducentas non minus hominum myriadas subegit. Idem Hæuetios & Iberorum gentem pugnacissimam debellauit. Et cum res in eum locum adducta foret, ut illum contra ciues suos bellare fatalis necessitas adegit, victoriam ex ipsis Romanis rerum dominis, qui ad hoc usq; tempus inuicti permanerant, reportauit. Itaq; maximum illud & fortissimum facinus Cæsariorum iudicandum est. Idem coniuia celebrans domuit AEgyptum, quam spectans pertransiuit Alexáder.

Atq; idem non solum in Asia, sed & in Europa quam pluri-  
mas vrbes euerit. Idem præliorum multitudine Alexand-  
rum superat: quia ter plus acie confixit, quam Alexand-  
rum decertasse prædicant, qui eius res gestas memoriae  
prodiderunt. Cæsar autem, auctore Plinio, collatis signis  
quinquages dimicauit, præterque ciuiles victorias, vnde-  
cies c. & xcii. M. hominum occisa præliis ab eo sunt.  
Idem ob clementiam & moderationem, Alexandro in ho-  
stes & amicos crudeli, ac ebrioso & arroganti, quippe Phi-  
lippum patrem neganti, & vt Deum Louis filium adorari se-  
volenti præferendus.

In vtraque porrò aduocatione maximè secutus sum  
Iulianum Imperatorem, ἐν τῷ οἴει τῷ Καյσάρῳ λόγῳ.  
In multis etiam Plutarchum. In nonnullis quoque Dionem,  
Ciceronem, Curtium, Suetonium, Statium, Lucanum, ipsum  
Cæsarem, Annales nostros. Devtroque autem Imperatore  
meis versibus ornato libenter illud cum Virgilio dixerim,

*Fortunati ambo, si quid mea carmina possunt,  
Nulla dies unquam memori vos eximes aeo.*

Sed Momus inquit, inuidet tibi, teque & opus tuum liuido  
dente rodam. Quid tum postea Mome? Tu carpis omnia  
etiam recte & fabrè facta, ita vt ne Dædalo quidem parcas.  
Vnde illud est de te Cimonis proloquium:

Οὐκ ἀδαῆς ἔγειρψε Κίμων Τάδε, πενίδ' οἵτ' ἔργα  
Μῶμος, οὐ δὲ ηὔρεις Δαίδαλος ἔξεφυγεν.

Verum ut proverbiali Græcorum senario fertur, Μωμός  
ταῦτα μᾶλλον, οὐ μηδέτη. Nec tua, o Mome, inuidia nos à  
scribendo magis auocabit, quam aut Pindarum Bacchylis-  
des, aut Virgilium Bauius auocauit.



# ADVOCATIO

PRO IVLIO CAESARE ADVERSUS

*Alexandrum Magnum.*

AVCTORE

*Thoma Bicartone Scoto.*



ECIS Alexandri memoran-  
daq; Cæsar is alta  
Pandite Pierides, cantusque mo-  
nere sonoros,  
Atque meo grato dulci modu-  
lamine Regi.

Dicite, vter fuerit præstantior induperator.

Hic scopus, hæc meta est, vester quo spicula vates

Dirigat: ad metam celeres nunc ergo sagittas

Dilecti vatis recta contendite Musæ.

Fertur Alexander Persen superaße Darium.  
Sed nihil ad magnū hic Pompeium, & arte secundo  
Qui sibi tot populos horrentibus acer in armis  
Subdidit immanes, iuga sub Romanaque misit:  
Atque truces solo vel nomine terruit hostes.

Cui Mundi pars nulla vacat, sed tota referta est  
Terra eius quocunque iacet sub Sole trophyis.  
Europæ, atque Asiac, Libyæ testantur ex oræ,  
De quibus à Magno numerosa erecta trophya.  
Nec genus est ullum belli, quo fortiter illum  
Non fortuna ducem dominæ versauerit urbis.  
Quam tot nobilibus terræ pelagique potentem  
Victor in æternum valuit decorare triumphis.  
Hunc tamen Emathio denicit puluere Cæsar,  
Cuius solius potuit succumbere fato.  
Quem superans Cæsar, totum superauit ex orbem,  
Pompeiana parum felix qui vénit ad arma.

Calcauit fortis Mæcedo male fida retorti  
Cornua Danubij, Geticasque irrupit in oras.  
Cæsar ex undisono fatalia vincula Rheno  
Iniecit, structisque super freta pontibus agmen  
Traiecit : dextro flauos ex Marte Sicambros.  
Contudit : & Gallos pronus in bella subegit :  
Heluetiosque feros armis, forresque Britannos,  
Pugnacesque manu valida domitauit Iberos :  
Europæque Asiæque metus incusit inertes :  
Plurimaque hic ardens animis dux oppida vertit.  
Iamque in eum cùm adducta locum res esset, ut ille  
Arma suos contra compulsus sumere ciues,  
Virtutis specimen daret admirabile Mændo,  
Romanos rerum dominos, quibus antè solebat.

*Indomitus trepidans Orbis summicerē fāscēs,  
Perdōmuit vītrice manū. Quid tāle peregit  
Fortis Alexander? quis bēlla his ēquiparanda  
Cessit? quā bellis melior fortuna refūlſit  
Cāſarea? quā parta armis vel gloria maiori?*

*A Egyp̄tum ſpectans Macerēs pertransiit heros.  
At Cāſar lautis celebrans coniuia mensis  
Vicit, & amplexus eius Regina petiuit,*

*Certē equidem ni nos veterū monimenta virorum  
Decipient, ter plus acie confixit acutus  
Cāſar, quām iuueniis, quē iactat Pella monarcham.*

*Iam ſi Cāſare & ratio bonitatis habetur,  
Ac ſpectanda venit tanti clementia Diui,  
Primus adoptiū & magno qui munere prolis  
Eniuit Calo rutilans à morte cometes,  
Romanis que viam patefecit in æthera Diuis,  
Non certet trux Pellæus cum Cāſare miti.*

*Hostibus ignouit Cāſar, iucundus amicis,  
Fatali bello ciues retuitque necari:  
Partis & aduersæ, concesſit cuique ſuorum,  
Quem veller, feruare vnum: Pellæus in omnes  
Hostes, inque ſuos fuerat crudelis amicos.  
Sese in Thēbanos, eheu! quām geſſit acerbum?  
Quorum magnificas ſceleratis ignibus urbes  
Abſumens, fundamentis euertit ab imis?  
Cāſar at Heluetiis ſeſe facilemque bonumque*

Prabuit, atque lares propriis à ciuibus olim  
Incensos reparauit ouans: meliora reponi  
Curans, quæ patrios hilararent tecta Penates.

Cliton Alexandri temulentia dira necauit.  
Cliton eum, scænis per quem fuit ipse periclis  
Ereptus, subitam quando falx Persica mortem,  
Hostili vibrata manu, quam Clitica virtus  
Reppulit, & Persæ dempsit cum sanguine vitam;  
Olli, incussa comam cui strinxerat antè, ferebat.  
Siccine nutrici, Macedo, benefacta rependis  
Hellanicæ, cuius geminos tua prælia natos  
Demisere Orco, & fratrem tua dextra peremis?  
Non ita Cæsaream furiauit Bacchica mentem  
Uua vñquam. Num te scorto cum Thaide potum  
Persepoli flammis pudet accelerasse ruinam?  
Num pudet & patrē, male nate, negasse Philippū?  
Et Ioue te dixisse satum? ac pereunte pudore,  
Diminos tribuisse tibi dementer honores?  
Temet adorari voluisti? ô cæcus & amens  
Ambitione furor! non Cæsar is illa benigni  
Perculit ambitio pectus: cui viuida multum  
Culta fuit virtus: hinc toto viuit in Orbe,  
Illiūs & meritas celebrabunt secula laudes.





## A R G V M E N T V M.

*Aduocationis pro Alexandro Magno.*

**I**A M tandem Alexandro contra Cæsarem patrocina-  
bor, omnibusque respondebo argumentis pro Cæsare  
aduersus Alekandrum allatis. Tu autem Rex illustrissime,  
dum ordine respondeo singulis, ingenioli nostri ac eloquii  
(vt spero) tenuitatem non auersabere. Cæsarem etiam suis  
depingam coloribus: nec tanto heroi, quantus fuit Alexan-  
der, comparandum esse docebo, propter intolerabilem  
Cæsaris abusum, fastum, arrogantiam, incivilitatem, rapa-  
citatem, nefandamque libidinem. Quæ vitia in Cæsare ma-  
xiina damnant historiæ. Hunc ergo patronum Alexandri  
sic aduersario respondentem induco, ut nihil non conser-  
taneum veritati historicæ dicat. Nam quid attinet menda-  
cia scribere aut dicere? Sed dicet iam Zoilus, me, quia tra-  
cto historiam, non esse poëtam. At num ne nugantur more  
suo Grammatici, qui negantes Lucanum esse poëtam, ob-  
iiciunt, illum historiam conscripsisse? Principio fac histo-  
riam meram: oportet eum à liuio differre. Differt autem  
versu: qui sanè Poëta est. Deinde quis nescit omnibus  
Epicis Poëtis historiam esse pro arguento? Legat Zoilus  
I. Cæsarem Scaligerum lib. I. poetices: & Lucano mihiique  
non obiiciet historiam tanquam à poesi alienam.



# ADVOCATIO

PRO ALEXANDRO MAGNO

*contra Cæsarem.*



*R CON E sic Macetam potuit  
vox improba Regem  
Regem, orbis dominum verbis la-  
cerare nefandis?  
Æmonioque duci patriæ pra-  
ferre tyrannum?*

*Cæsar Alexandrum stupuit, quantumq; valebat,  
Eius ad exemplum iuuenis memorabile semper  
Composuit se se viridi sub flore iuuentæ.  
Cuius ut aspexit ductos de marmore vultus  
Herculis ad fanum, suspiria traxit ab imo  
Pectore, & ingemuit, mersumq; in corde dolorem  
Tristis agens, voces tandem prorupit in istas,  
Atque miser lacrymas verba inter singula fudit:  
Ipse ignauus, iners, tot vitæ lustra peregi,  
Egregiumque nihil, de quo ventura loquantur  
Secula, pro dolor! his potui molirier annis,  
Queis heros totum iste sibi subiecerit Orbem?*

Ergone magnanimo præferri, ô numina debet,  
 Cæsar Alexandro, cui se non prætulit ipse,  
 Quemque sibi ut speculum rerum exēplarq; suarum  
 Proposuit, claris tanti ducis æmulus actis?

Ecquid ait tu, qui vanus sic obstrepis alti  
 Rebus Alexandri, queis res à Cæsare gestas  
 Præponis temere, minimè dicenda profatus?

An quoniam patriis scelerata Penatibus arma  
 Intulit, atque ducem diuturna pace solutum,  
 Scalpentemque caput digito, cognomine Magnum,  
 O pudor! & senio fractum, vulpisque dolosæ  
 In quo inerant mores magè, quam generosa leonis  
 Natura, Emachis Cæsar deuicit in agris,  
 Perfida Pompeium postquam Fortuna reliquit,  
 Anteferendus erit Macetæ, prò amentia! regi?  
 Sed nec Pompeium propria virtute subegit  
 Cæsar, cuius erat glomerato puluere solo  
 Aduentuque hostis miles stupefactus: & ante  
 Pugnam initam pauitās occurrerat hostibus excors  
 Cum miser aufugeret, rueretq; in fata pauendo,  
 Atque amens mortem se præcipitaret in atram.  
 Cæsaris vnius tantæ socracia cladis  
 Caussa fuit: nam tunc male prouidus induperator  
 Dente famis durae cuncto cum milite pressus,  
 Grana quidem calamis nullo gestantibus aruo,  
 Et quo dulce fuit spinarum tempore fructus.

Carpere, & arboribus teneras auellere frondes  
 In victum, & misero pecudum se pascere ritu,  
 Thessalicos lacero fugiens adit agmine campos.  
 Hic Pompeianas nulla virtute cohortes  
 Ipse sua vicit, sed magna incuria Magni  
 (Qui tenuit gladios in Iulia viscera strictos,  
 Nec palmam oblatam arripuit, nec tempore dextro,  
 Cum potuit, diri committere prælia belli  
 Iuuit) victorem effecit, spredo ordine cuncto  
 Militiae: densis acies nam pressa cateruis,  
 Et confusa stetit, dextras ac tela mouendi  
 Uix habitura locum: rabida tunc Cæsar is alæ,  
 Horridaque in spissas incursant agmina turmas,  
 Percutiuntq; , nec antq; , fugæ mandantq; timentes.  
 Ergo Pompeij socordia perdidit ipsum,  
 Non quæ splenduerit truculento in Cæsare virtus.  
 Ductor at Aemonius Persas vi fregit atroces,  
 Instructos prudenter, ab omni reque paratos.

Tu ne etiam Hectoridas & lauertia pectora Gallos  
 Ausus es (infandum) victos à Cæsare fari?  
 Qui rabie cecidere suâ, & ciuilibus armis,  
 Gloria Dardaniae veluti ruit inclyta Romæ (ni?  
 Postmodò? Quid gelidi memoras mihi prælia Rhe-  
 Nonne Sicambrorum, resciutto ponte, furorem  
 Formidans, Rheni curuis citò fûgit ab oris?  
 Illius at rapido generosa Britannia cessit;

Fulmini, aīs mendax? nū quid tremefacta Britāni  
 Terga dedit Cæsar? Sed quos iam dico Britannos,  
 Non capis? inuiti sunt gens fidissima Scotti,  
 Cæsareis nunquam qui colla dedere catenis,  
 Annales prisci testes, quos voluere possis.

Coniuā ne pudet dixisse à Cæsare victimam  
 Egyptum? quem se gesit tum turpis adulter,  
 Impia cùm fratri coniux Cleopatra teneret?  
 Pressus & extemplo mæchus furialibus armis  
 Qui sese eripuit? pelagusque iniecit in altum?  
 Atque agrè ad nauem nando peruenit amicam,  
 Fortuna seruante caput fatale remotis  
 Gentibus & patriæ? Crudelem tu ne vereris  
 Pellæum vocitare ducem, clementia cuius  
 Pectora cognōrunt hostes? æternaque laudant  
 Priscorum monimenta patrum? Rex ipse Darius,  
 Uxorque & genitrix, natæque ætatibus ambæ  
 Florentes, niger &, cui paruit India, Porus  
 Non neget. At quosdam, fateor, nimis ille rebelles  
 Opprescit merito. Testantur mania Cadmi  
 Diruta, cùm fatuos ageret vaecordia ciues,  
 Inque suum Regem fera sumere cogeret arma.  
 Testis & est Clitus, quem post conuicia mille,  
 Qualia non animo toleraret sobrius æquo,  
 Perculit ira ducis Macedum: quem nectar Iacchi  
 Obruit haud unquam. quis enim moderationior illo?

Quisve gulam frenare magis, quis vincula Baccho  
 In iycere eualuit melius? luxumque suorum  
 Reprimere? ad rigidos simul hortarique labores?  
 Tu Plutarche mihi testis. Vinosus at ille  
 Creditus, assuevit quia longum accumbere mensis,  
 Non magè deplendo cyathos, quam plurima fando,  
 Singula prolixis partitus pocula verbis.  
 Qui neque Persepolin flamma rutilante perufit  
 Potus, ut affirmas: sed Thaidos atque malignis  
 Viets amicorum precibus perstrinxerat igni.  
 Illius ac animum citò cum metanaea subisset,  
 Flagrantem subito iussit restinguier ignem.  
 Qui modo Bacchao, cum carperet ocia, succos  
 Ducebat modice: quem vina, facesque ingales  
 Aut somno quæsta quies, spectacula, ludi  
 Non grauibus poterant auertere rebus agendis.  
 Testis vita breuis, vieto mirabilis Orbe:  
 Testis erisque meis iterum Plutarche loquelis.  
 Temet Alexandri reliquis scriptoribus unum  
 Prafero in historia, veluti Phœnica sophorum:  
 Quicquid enim prisci scriptores ante notarunt,  
 Perlustrans oculis, quæ multò maxima dixit  
 Uno consensu pars, ut maiore probasti  
 Digna fide, ad seros transmittens illa nepotes.  
 Ergo tui rursum clypei munimine tectus  
 Pellæ iuuenis cauſam semel ipſe tuebor..

Scuto vnâ, Iustine, tuo succurre tuenti,  
 Quanquam tute parum Pellæon amasse videris  
 Cum Trogo, quem tu procera ex arbore truncum  
 Fecisti, & veris misces, puto, falsa relatîs.  
 At quod dixisti verum, non hocce negabis.

Ergo ubi, corruptis custodibus, emptor Olynthi  
 Euerisque vafer, tot cædibus atque rapinis  
 Et tot stuprorum maculatus crimine vitam,  
 Spreuit Olympiadem, rumpensque iugalia vincla,  
 Expulit, ardenti Cleopatrae captus amore,  
 Seſe & Alexandrum heroëm genuisse negando,  
 Innuit esse nothon, dignum meliore parente:  
 Fortis Alexander post fata cruenta Philippi,  
 Quem trux Pausanias Stygiis demiserat umbris  
 Cornigeri Ammonis Caramantica templa petiuit,  
 Ut sibi quis genitor foret, ex Ammone rogato  
 Disceret, ac rerum euentus regnique tenorem.  
 Tum magno didicit natum Ioue, seque colendum  
 Ut numen, totus cui se summitteret Orbis.  
 Ergo patrem merito dixit non esse Philippum,  
 Qui tanæ prolis genitor nolebat haberi.  
 Ipse negauit eum natum, pater inde negatus  
 Ipse duci, cui se patrem fert Syrticus Ammon.  
 Nec tanto visus titulo Pellæus abuti.  
 Namque ad barbaricas iactans sua numina gentes,  
 Hoc sibi morigeras pacto retinere studebat.

Hoc sibi morigeras pacto retinere studebat.  
 Parcius ad Græcos, qui hunc intus & incute norunt,  
 Diuina est eius iactata potentia Regis.  
 Qui se mortalem nouit: dixitque libenter,  
 Ex coitu somnoque hominem se nosse caducum.  
 Atque idem iaculi violento sauciis ictu,  
 Qui fluit hic, inquit, nostro de vulnere sanguis,  
 Humanus certè est, fateor, non cælicus humor,  
 Qualem æterna solent effundere membra Deorum.

Hæc dederim responsa tibi patronे superbi  
 Cæsaris omnigenū polluti fæce malorum.  
 Nam cùm excæcaret truculenta superbia mentem,  
 Inciuilis erat, patrumque assurgere nulli  
 Dignatus, sanctum defixerat ipse Senatum.  
 Qui regnum affectans cùm largiretur honores,  
 Et caperet nimios (is morum namque volebat  
 Et præfecturam, dictaturamque perennem  
 Perpetuamque sibi deferri, consul & esse  
 Continuus, statuam Reges auroque micantem  
 Inter honoratos ponì sibi, Roma Tribunos  
 Quando Tribunitio priuari munere sensit  
 Acriter increpitos, statuæ diadema quod essent  
 Ausi detrahere, & fastum damnare tumentem.  
 Idem aras & templa sibi simulacraque iuxta  
 Numinæ decerni passus, fastigia scandit  
 Supra humana, nouum numen voluitque videri,

Quintilemque suo dici de nomine mensem,  
 Et clarum patriæ cognomen habere parentis)  
 Spurcus erat mæchus, donisque referta Deorum  
 Fana expilauit, validas & diruit urbes  
 Sæpius ob predam, quam propter crimen iniquum.  
 Multaque præterea non admittenda patravit,  
 Quæ mea Mæsa filet, quam cädida pascit honestas.  
 Omnia per plenam seriem Suetonius edit.  
 Cæsar's acta suis expressa coloribus : horum  
 Multa verecundis non commemoranda Camænis.

Cæsar Alejandro cedat virtute nitenti.  
 Militiaeque domique : ipsi qui vittor Achilli,  
 Unde genus dicit, nulla re cedit agenda  
 Ductori Regique hominum : qui fulminis instar  
 Impetu vique ruens, hostilia pectora fregit:  
 Consilioque potens gesit bella horrida : longo  
 Post se intervallo quoque Pelagona reliquit :  
 Proxime & impigri vestigia magna secutus  
 Herculis, hunc vincit, gestis aut rebus adæquat :  
 Quas non pro merito scriptores laudibus ornant :  
 Nec cunctas memorant, lassati pondere rerum :  
 Orphica cœu quondam sudans portendit imago.



### Lectori

In aduocatione Cæsar's pag. 56. versu. 3. pro, quis, legē, quæ.  
 Dico cñim Alexandrum nulla tanta bella gesisse.

**CLARISSIMI ET  
NOBILISSIMI VIRI, VIDE FABRI  
Pibracy, Consiliarij Regij. 126. Tetraasticha,  
& sex Epigrammata Gallica, latinis  
versibus, & brevibus scholiis  
expressa & illustrata.**

Iuslum enim Commentarium, in quo vera copiosè philo-  
sophandi ratio elucebit, altera, ΘΕΣ ΣΥΜΠΛΙΚΗΣ ΑΙΓΑΙΟΥ,  
secum afferet editio.

A V C T O R E

**Thoma Bicartone**  
*SCOTO PHILOSOPHIAE  
& Græcarum literarum apud Pictones  
professore publico.*

A D

**ILLVSTRISSIMVM**  
*et serenissimum Scotia Regem*  
**I A C O B V M S E X T V M .**

*Præcedit autem vita Pibracy non ignoranda.*





# CLARISSIMI ET

NOBILISSIMI VIRI VIDI FABRI

*Pibracij vita hausta ex F. Petri Pain-* & *vin,*

*sacræ Theologiæ doctoris oratione funebri,*

*Gallico sermone conscripta, & Parisiis*

*apud Augustinianos habita in*

*laudes defuncti vita Pibracij.*

M. D. LXXXIIII.



IDVS FABER PIBRACIVS  
exnobili & antiqua FABRORVM  
domo in Vasconia oriundus, pro-  
anum habuit Gratianum Fabrum,  
apud Armeniacos (quos & Are'micos  
& Are'comicos appellant) olim Can-  
cellarium: & apud Germanos Ora-  
torem Regium: penes quem etiam Præsidem Curiæ Tol-  
sanæ fasces erant, circiter annum 1482. Hic autem duos  
habuit filios: quorum alter Episcopus Lutturensis: alter  
Curiæ procurator generalis fuit. Huic verò procuratori  
terni fuere filii: quorum natu maximus Præses fuit Curiæ  
Tolosanæ. Minor natu, Hetæriarcha seu Antistes (quem Ab-  
batem dicunt) cœnobii Cassediui. Tertius fuit primarius.  
Iudex Tolosæ alis compluribus & magnis perfunditus ho-  
notibus. Ista me hercle Fabrorum tam clara familia, Me-  
tellorum simillim videtur: ex qua, tanquam ex equo Tro-

iano magni grauesque prodiere viri, aut heroës potius,

*Quos ardens euexit ad æthera virtus.*

Qui Consulari dignitate fulgentes, Romanum gubernârunt imperium. Sic ex ista Fabrorum familia prodire clarissima Rerumpublicarum lunina. Velutique lampri-dius in Alexandro, Equestrem locum appellat seminarium Senatorum, eò quòd ex hoc ordine Senatores eligi consueuerunt: sic istam Fabrorum domum illustrium, & spectabilium atq; adeò clarissimorum (his enim nominibus Senatores olim distinguebantur, teste Isidoro) seminarium virorum iure dixerim. Nam à primo illorum trium, quos paulò antè commemorauit, nimirum ab illo Præside Tolosano ortum duxerunt, Petrus Episcopus Vaurensis, & Lodoicus Consiliarius primùm Curiæ Parisinæ, posteaq; primarius Index Tolosæ, & Cancellarius Regis Nauarræ, ac consilii eius. Item Arnaldus Faber est Regi Nauarræ à consilio, nobilisque cubicularius. Minimus natu mortem obiit, anno ætatis 36. quem Tolosana curia Præsidem suum & prudentia & integratate vitez cōspicuum luxit extinctum. Quintus numero, & quartus ordine, fuit Vidus (sive Guido) Faber Pibracius, qui tanquam alter Solon, aut Lycurgus, vel Cato, amplissimis honoribus, incredibili hominum gratulatione, omnique genere virtutis, ac rerum gestarum gloria floruit. Quem propter singularem ingenii elegantiam & doctrinam, (fuit enim Iuris peritissimus, orator eximius, & insignis poëta, admirabili quodam ad Philosophandum studio concitatus) clarissimus vir ille Michaël Hospitalis Franciæ Cancellarius, Gallicusq; Cato cognominatus summo amore complexus est. Variis autem honoribus auctus & ornatus est Pibracius. Et primò quidem Cōsiliarius fuit Regius, magniq; (vt Galli vocāt) contili flos delibatus, iustitiæ amantissimus, & scruanissimus æqui.

Gallorū Regi charissimus & iucundissimus, cuius legatus fuit  
in cōcilio Tridētino. Idem generalis & Regius Aduocatus.  
Idē prēterea delētus, vt Regi comes esset in Poloniā, cū  
Henricum III. & ultimum Valesiorum Poloni Regem sibi  
asciscerent. Idem legatus Regius in Poloniā rediit, vt eam  
Regi suo conseruaret eloquentibus consiliis, quæ Polonis  
dedit, cūm de noui Regis elec̄tione deliberarent. Idem re-  
uersus in Galliam, Curiæ Parisinæ Præses Regiis auspiciis  
factus est. Idem quoque Reginæ Nauarræ molestis in Flandria  
operofisque negotiis implicatæ Cancellarius fuit, è  
Gallia ad id munera obeundum euocatus. Quos omnes  
honores laudabiliter, castèque ac integrè gessit. Qui vio-  
lenta febri correptus, & iam morti vicinus in hæc verba  
prorupit, quæ sunt in Psalmo 114. **C O N V E R T E R E A N I M A**  
**M E A I N R E Q V I E M T V A M, Q V I A D O M I N V S B E N E F E**  
**C I T T I B L.** Quasi diceret cum S. Ambrosio: **H A E C M V N**  
**D A N A H A B I T A T I O N O N T V A E S T R E Q V I E S, S E D I L L A**  
**C A E L E S T I S.** **C O N V E R T I T V R E Q V V S A D S T A B V L V M,**  
**V B I C V R S V M I M P L E V E R I T: N A V I S A D P O R T V M, V B I**  
**A D S T A T I O N E M F I D A M A F L V C T V V M M O L E S V B D V**  
**C I T V R. &c.** Deinde oculos in fratrem, & alios, qui ad-  
erant, coniiciens, aureis eos sententiis consolatus est, & iam  
illis supremum vale dicens, tanquam alter Iacob pulchris  
& bene natis liberis benedixit, atque ad Dei timorem, &  
præceptorum eius custodiam tuitionémque cohortatus  
est. Tum precibus Deo fusis, ac cæteris rite peractis, effla-  
uit animam, & decessit anno ætatis 55. Die Mercurij 30.  
mensis Maii. Anno 2584, 1584.



## QUATRAIN

D V

## Seigneur de Pibrac

AU LECTEUR.

**I**E n'ay tasché cest œuvre façonner  
D'un style doux, à fin qu'il puisse plaire:  
Car aussi bien n'entens-ie le donner  
Qu'à ceux qui n'ont soucy que de bien faire.

## B I C A R T O N .

*Hos molli dulcique stylo procudere versus,  
Ut delectarent, non mihi cura fuit.  
Hunc illis etenim do qualemcumque libellum;  
Patrandi quibus est vnica cura boni.*

## S C H O L I O N .

*Aut prodeſſe volunt, aut delectare Poëtæ:  
Aut ſimul & iucunda & idonea dicere vitæ.*

vt ait Horatius. Delectare ſe negat Pibracius ſuauitate ſtyli. At certè dum idem affirmat ſe hunc illis libellum dare qui ſolo bene agendi ſtudio ducuntur, innuit ſe prodeſſe, ac idonea dicere vitæ: quemadmodum plerique veterum Philosophorum fecerunt, vt Theognis, Phocylides, Pythagoras, & alii, quorum breues extant admonitiones, & ſententiæ ad vitam hominum regendam, & à ſpurcis voluptatum

illecebris auerterendam accommodatæ. Verum enim uero  
Pibracius alieno ore quam suo laudari cupiens, ne-  
gat se oblectationi studuisse, quam styli iucunditas afferre  
soleat: quemadmodum Cicero modestiæ caussa ingenium  
sæpe suum extenuat, qui, ut Vomanus vetus auctor ait,

*Virtute ingenij venit in astra sui.*



# NOBILISSIMI VIRI VIDI FABRI PIBRACII

## Tetraastichon.

I.



*I E U tout premier, puis pere  
& mere honore.  
Sois iuste & droict, & en toute  
aison  
De l'innocent prens en main la  
raison.*

*Car Dieu te doit là haut iuger encore.*

### BICARTON.

*I N primis venerare Deum, precibusque vocato:  
Mox illos, qui te progenuere, cole.  
Æ quus & innocui caussam defende clientis.  
Iudicium de te nam Deus ipse feret.*

### SCHOLION.

*Menäder primo loco parētes honorādos esse dicit:  
Βέλες γονεῖς μὲν ταῦτα οὐ θυμῶς ἔχειν.  
Post Deum scilicet inter homines mortales primūm hono-*

randi sunt parentes. Quod & Hippias docuit cum Socrate differens apud Xenophontem : καὶ τὸ (inquit) πεῖστον αὐτῷ πότισ, πεῖστον νομίζεται Θεὸς σέβεται. ἀκούει καὶ γένεσις λημῶν, πανταχοῦ νομίζεται. Est autem memorabilis illa ocratis responsio apud Xenophontem Aristodemo facta. Hic etenim dixit se non contemnere numen, sed illud μεγαλεπέτερον, magnificètius existimare, quām ut illius cultu & obseruantia opus haberet: respondit Socrates, tanto magis honorandum numen, quanto magnificentius esset. Sed ait humani generis seruator ac redemptor IESVS. Si QVIS VENIT AD ME, NEC ODIT PATREM SVVM AC MATREM, NON POTEST MEVS ESSE DISCIPULVS. Lucæ 14. cap. Verum Christus apud Matthæum cap. 10. seipsum perspicuè explicat, cùm inquit: QVI AMAVERIT PATREM AVT MATREM SVPRA ME, NON EST ME DIGNVS. Quare odisse parentes, non est, eos mala animi inuidentia prosequi, non est, malis eos afficerre: non est, conuiciis proscindere aut trucidare: sed ita erga hos affectum esse, vt Christum Dei filium super omnia diligas, ac ppter parentes (vt ait ille) à Christo non deficias, Christum ac Euangelion eius non abneges, nec alioqui aduersus verbum Dci pecces. Is enim parentes magis quām Deum diligit, qui eorum gratia quid facit contra Deum & eius mandatum. Quod certè nemini faciendum est, cùm præsertim mos sit Deo magis gerendus, quām hominibus. Act. Apost. cap. 5. Cæterū iubentur hīc Causidici caussas innocentium tueri metu Dei supremi & æquissimi iudicis. Petri cap. 1. Ad Hebr. cap. 10. Apoc. 19. Psal. 1. 12. 49. Satius est nocentem absoluī, quām innocentem damnari. l. 5. D. depoenis. Quocirca Pibraciushortatur magistratus ad iustitiam & æquitatem, sine qua nemo bonis à Deo datis frui recteque vti potest. τῶι δώρῳ

γένεσιν, ἀ θεοῖς χαρίζονται, τὸν εἶναι δοκίμωντας, σὺ γένης  
στις ὁρθή, δίχας δίκης. ut ait Plutarchus. Sed plurimi no-  
die Causidici reperiuntur, quos εργάτες φενόπονας γεγία,  
peruersa iuris administratio, versutiave in peruertere  
causis seu litibus oblectat. Hi sunt, quos Apulcius in Ilo-  
ridis, VULTARIOIS TOGATOS vocat, eò quod illis (vt  
Columella refert) concessum sit in medio foro latroci-  
nium: quibusque praevaricari, reos prodere, vendere ad-  
uocationes, & sanguinaria rapacitate homines excarnifi-  
care, frequentissimi sit moris, Hi ad capiendam versutis  
orationibus iudicum fidem (quorum non men, vt ait Amm.  
Marcellinus, ex iustitia natum est) sicut ingenii distin-  
gunt, atque vt in professione turbulentia clarescant, ad  
expugnandam veritatem ora mercenaria procudunt. In  
quos grauiter Marcellinus inuehitur lib. 30. Hi similes sunt  
illius Autolyci filii Mercurii, apud Ouidium:

*Qui facere affuerat, patriæ non degener artis,  
Candida de nigris, & de candardibus atra.*

Hi sunt, qui τὰ μηχανὴ μεγάλα, τὰ μηχανὰ σμηνεῖ (vt  
ait Plato) parua magna, & magna parua videri faciunt: ex-  
terminandi ē ciuitatibus, non eo quidem modo, quo Plato  
Homerum ē sua Republica eiicit. Is enim (vt ait Cicero  
libr. 4. de Repub. testē Nonio Marcello) Homerum redimi-  
tum coronis, & delibutum vnguentis emittit ex ea vrbe,  
quam ipse sibi singit. Nec eo pacto, quo Themistius scribit  
patrem suum exegisse Epicuruim ex cœtu numerōque Phi-  
losophorum, vnguento super caput effuso, propter sapien-  
tiæ nomen & dignitatem. Sed sine omni honore, & cum  
ignominia expellendi sunt.

## T E T R A S T I C H O N.

I I.

*S I en iugeant la faueur te commande,  
 Si corrompu par or ou par presens  
 Tu fais iustice au gré des courtisans,  
 Ne doute pas que Dieu ne le te rende.*

## B I C A R T O N.

*Cum fueris index, si te vel gratia fleetat,  
 Vel data corrumpant munera, cœca lues:  
 Iudicio, sine iure, tuo vt gens aulica litem  
 Obtineat, plectet te manus æqua Dei.*

## S C H O L I O N.

GREGORIVS Can. quatuor. Causs. II. q. 3. quatuor modis humanum iudicium peruersti scribit: timore, dum metu hominum potentium veritatem loqui pertimescimus: cupiditate, dum præmio alicuius animum corrum-pimus: odio, dum contra quemlibet aduersarium, quæ possumus, omnia molimur: amore, dum amico vel propinquuo auxilium præstare contendimus. Ex his duæ cōmemorat Pibracius, amorem (quem fauorem vōco & gratiam) & cupiditatem, seu munera, à quib[us] iudex abstineret. Ait enim Dominus Exodi capite 25. Non accipies munera, quæ etiam prudentes excœcant, & subuertunt verba iustoru[n]. Quos autem munera corrumpunt, ḥωροφάγες, quasi doniuoros appellat Hesiodus. In huiusmodi iudicem conuenit illud Proverb. 17. Munera de sinu impius accipit, vt peruerat semitas iudicii. In tales iudices exclamat Elaias cap. 5. Vx qui iustificatis impium pro munericibus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Enimue-

rō iudicia, cūm rectē procedunt, delubra sunt æquitatis: cūm deprauantur, fōcæ fallaces & cœcæ: in quas si captus incidentur quisquam, non nisi per multa exiliū lustra, adusque ipsas medullas exuctus. vt ait Amm. Marcellin⁹ lib.30. Tertullianus autem Apologia pro Christianis contra Gentes, Apud nos, inquit, maiore cum pondere iudicatur, vē apud certos de Dei conspectu. Omnis rebus curate ac prouidete, ne dictum hoc vestris ex animis excidat, o iudices Christiani,

*Et sperate Deum memorem fandi atq̄ nefandi.*

*Qui tandem meritis præmia digna dabit.*

### T E T R A S T I C H O N.

III.

**A**vec le iour commence ta iournee  
De l'Eternel le saint nom benissant:  
Le soir außi ton labeur finissant  
Loue l'encor, & passe ainsi bannée.

### B I C A R T O N.

Cūm redeuntes die solito te accinge labori,  
Laude Dei sanctum nomen & effe ouans.  
Lauda ipsum pariter requiescens vespere sero,  
Annus eoque tibi tramite totus eat.

### S C H O L I O N.

Diluculo surges Deumque tolles laudibus, & orabis, antequam operi te accinges. Vnde Dauid Psal.57. exurgam diluculo, confitebor tibi. Nam vt scriptum est Iobi capite 8. Si diluculo surrexeris ad Deum, & omnipotentem deprecatus fueris, statim euigilabit ad te. Et Psalmo 5. Domine

manè exaudiens vocem meam, manè astabo tibi. &c. Deo quoque vespere, cùm requiescendum est, págendæ laudes sunt. Vnde David Psal. 92. bonum est, inquit, confiteri Dominu, & psallere nomini tuo Altissime. Ad annunciatum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. &c. Et Psal. 87. Domine Deus salutis meæ die ac nocte clamaui coram te. Et Psal. 55. Vespere & manè & meridie precor : & ipse vocem meam exaudiuit. Sed Pibracius non excludit meridiem, vt nec horas poméridianas, quibus orandus est Deus, eique pangendæ laudes. Cæterum rectè monet Pibracius principiarerum agendarum à Deo duci oportere, vt à veteribus factitatum legimus. Idque Cicero declarat oratione in Vatinium. Illud etiam à maioribus bene ac sapienter institutum, Plinius in Panegyrico commendat, vt sicuti rerum agendarum, ita dicendi initium à precationibus caperetur : quòd nihil ritè, nihilque prouidenter sine Deorum immortalium ope, consilio, honore homines auspicarentur. ἐκ διὸς δέχαμενα, inquit Aratus. Et Plato, διὸ τεοὶ θεῖη πάντα δέχομενον, inquit, αἰσι λέγειν τε καὶ νοεῖν, id est, omnibus in rebus & dicendis & cogitandis principium semper à Diis est sumendum. Et Demosthenes, πάντος, inquit δέχομενων εδαίς λόγις καὶ ἔργα, διὸ τῶν Θεῶν οὐαλαμβάνω πεποίκειν πεῖται ἀρχαδεῖ. Id est, omnem incipienti grauem & laudandam orationem & actionem, à Diis primū exordiendum esse duco.

#### T E T R A S T I C H O N . I I I I .

**A** Dore aßis, comme le Grec ordonne.  
 Dieu en courant ne veut estre honoré.  
 De fermé cœur il veult estre adoré.  
 Mais ce cœur là il faut qu'il le nous donne.

## B I C A R T O N .

*Tute sedens (veluti Græcus præcepit) adora.*

*Nolunt currendo numina sancta coli.*

*Vult firmo sibi corde Deus puroque litari.*

*Tale cor haud nobis, ni Deus indat, erit.*

## S C H O L I O N .

Vide Plutarchum in Numa, & Erasmus in Adagio, Adoraturi sedeant. Quo quidem ostenditur, oportere eos, qui sacris operantur, non obiter ac velut aliud agentes, sed vacuos ac totos rci diuinæ intentos tota mente omnique animi impetu in eam curam incumbere. Cæterum monet Pibracius, cor purum & sincerum Deo victimam esse gratiam maximè & acceptam. Quod & Plato docet. 2. Alcibiade: vbi Iuppiter Lacedæmoniorum Διοφητία, bona verba, id est, δύχας δικαιάς, preces rite conceptas & iustas gratiores esse Diis affirmat, quam vniuersas Græcorum victimas. Vide Persium Saty. 2. in fine. Et David Psal. 50. sacrificium, inquit, Deo spiritus confractus. &c. Et Psal. 49. immola Deo sacrificium laudis. Et sacrificium laudis honorificabit me. Et Psal. 4. Sacrificate sacrificium iustitiae. Ait porrò Pibracius, necesse esse, ut Deus ipse det nobis cor firmum & sincerum. Sed nonne hominis est, animam preparare, ut ait sapiens proverb. 16? Nonne cor hominis disponit viam suam, ut ibidem scriptum est? Verum, sine me (inquit Iesus Ioan. 15-) nihil potestis facere. Non potest igitur homo cor suum vel animam preparare sine Dei auxilio, ὁ Θεὸς γάρ εἰσιν ὁ ἐνεργῶν σὺ ημῖν καὶ τὸ θέλειν καὶ τὸ ἐπεργάτιν, τὸ εἰς τὴς εὐδοκίας. ut ait Apostolus cap. 2. ad Philippenses. Deus in nobis operatur & velle & perficere probona voluntate, ut interpres ait, Dei enim gratia præue-

niat nos oportet, nec solum ostendat, quid faciendum sit, sed etiam nos adiuuet, ut fieri possit, quod ostenderit. Nostrum vero est, admonitioni diuinæ obtemperare, & cooperari. *Ιεζαχαριέτος μεταφράστης*, id est, Dei enim sumus adiutores vel socii & consortes operis, ut ait Apostolus. I. Cor. 3. Quocirca ut cor nobis sit firmum & purum, oremus Deum, dicentes cum Regio Prophetæ. Psal. 50. Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in viscerebus meis. &c.

### T E T R A S T I C H O N.

v.

**N**E va disant, ma main a fait cet œuvre,  
Ou ma vertu ce bel œuvre a parfaict:  
Mais dis ainsi, Dieu par moy l'œuvre a fait:  
Dieu est l'autheur du peu de bien que i' œuvre.

### B I C A R T O N.

Dicere nolito, mea dextera, vel mea virtus  
Hoc pulchrum ad finem nobile duxit opus.  
Sed per me, dices, Deus hoc opus omne peregit:  
Quod facio, exigu est auctor & ille boni.

### S C H O L I O N.

Thrasones, & qui militem gloriosum imitantur, detestandi sunt. In quos illud est Christi dictum: ὅτις γὰρ ἀψωτὸς εἰστο, ταπεινωθήσεται. Sed hac de re plura diximus in Regia Epistola, quæ hoc opusculum iure suo antecedit. Vide Cyprian. Epist. ad Donatum. Et D. Thom. I. ii. quæst. cxi. Et Castanæum, de Gloria mundi, part. i. Plutar. opusc. τῶν δικαίων εὐγένειαν αὐτῷ φέρει.

## T E T R A S T I C H O N.

v 1.

**T**out l'Uniuers n'est qu'une cité ronde,  
 Chacun a droit de s'en dire bourgeois,  
 Le Scythe & More autant que le Gregeois,  
 Le plus petit que le plus grand du Monde.

## B I C A R T O N.

*Una rotunda vrbs est spatioſi machina Mundi.  
 Iure eius ciuem ſe vocet omnis homo: (heros  
 Tam Maurus, profugusq; Scythes, quam Doricus  
 Tam minimus, quam qui maximus ire ſolet.*

## S C H O L I O N.

Vniuersus hic Mundus (ait Cicero lib. 1. de legibus) vna ciuitas communis Deorum atq; hominum existimanda est. &c. Idem lib. 2. de Natura Deorum, Est enim (inquit) Mundus quasi communis Deorum atque hominum domus, aut vrbs vtrorumque. Idem lib. 3. de tinibus, Mundum autem hunc censent (inquit) regi numine Deorum, & eſſe quasi communem vrbem & ciuitatem hominum & Deorum. Et Seneca lib. de beata vita, Duas (inquit) respuplicas animo complectamur: alteram magnam & verè publicam, qua Dii atq; homines continentur: in qua non ad hunc angulum respicimus, aut ad illum, sed terminos ciuitatis nostræ cum Sole mctimur: alteram, cui nos adscripsit conditio nascendi. Haec autem Atheniensium erit, Aut Carthaginem-sium, aut alterius alicuius vrbis, quæ non ad omnes pertineat homines, sed ad certos. Quidam eodem tempore vtri-que recipub. dant operam, maiori minorique: quidam tan-

tum minori, quidam tantum maioti. &c. Quare Socrates olim interrogatus, atq; etiam Diogenes, cuias esset? respondit se mundanum, id est mundi ciuem esse, quasi putaret vniuersum orbem esse vnam urbem Deorum atq; hominum. Quoniam autem Mundus formam habet in speciem orbis absoluti globatam, latini orbem vocarunt, teste Plin. cap. 2. lib. 2. natur. histor. Et quem κόσμον Græci nomine ornamenti appellauerunt, eum latini à perfecta absolutaque elegantia mundum dixerunt. ut idem Plinius refert c. 4. lib. 2. vide Aristot. lib. 1. de Cœlo. & 2. & lib. de Mundo.

### T E T R A S T I C H O N.

VII.

**D**ans le pourpris de ceste cité belle  
Dieu a logé l'homme comme en lieu saint,  
Comme en vn temple, où luy mesme s'est peint  
En mil endroits de couleur immortelle.

### B I C A R T O N.

*In circumsepto pulchrae istius urbis, amenum.  
Nobis omnipotens dat pater hospitium:  
Nos velut in sacro templō que locauit, ubi se  
Pinxerit aeterno mille colore locis:*

### S C H O L I O N.

Cicero, Seneca, & alii Mundum Deorum immortalium templum appellant. & Plutarchus ἱερὸν ἀγιατῶν, id est, templum sanctissimum vocat. Vide super hac re Ciceronem lib. de natura Deorum. August. lib. de ciuitate Dei. & lib. 32. contra Faustum Manichæum, ubi Mundum appellat magnum Naturæ librum, ac veluti theatrum, ubi

Deus se representat & videndum exponit. Vide Bartas  
suum die. I. Septimanæ. I.

### T E T R A S T I C H O N .

V I I I .

*I L n'y a coin si petit dans ce temple,  
Ou la grandeur n'apparoisse de Dieu.  
L'homme est planté iustement au milieu  
A fin que mieux par tout il la contemple.*

### B I C A R T O N .

*Nullus in hoc tēplo tam paruuſ & angulus arctus,  
In quo non niteant numina magna Dei.  
Hac quoque quò melius paſſim ſpectare valeret,  
In medio templi rite locatus homo eſt.*

### S C H O L I O N .

Laetantius Firmianus hominem appellat Antistitem diuini templi, spectatorem operum, rerumq; Cœlestium. Et Cicero in Somnio Scipionis, Deus (inquit) is cuius hoc tēplum est omne quod conspicis. &c. & paulò post, homines enim (inquit) sunt hac lege genrati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur. Vide Macrobius ibidem. Et Plutar.de Tranq.animi. Et Cicero de Senectute, Credo (inquit) Deos immortales animos sparſisse in corpora humana, ut effent, qui terras tuerentur, qui que Cœlestium ordinem contemplantes, imitarentur eum vita modo atq; constantia. Item Mercurius Trismegistus lib.ad Asclepium (quem librum Cyrus & Iustinus Martyr illi attribuunt, & eius nomine citant) ἡ μόρον (inquit) θεατὸς ἐγών οὐδὲ αὐτὸν μόρον, αλλὰ καὶ εἰη γῆγενής, id est, non

solum spectator est operum Dei, sed etiam interpres gloriæ ac immensæ sapientiæ Dei, interpres Cœli, paronymus & auspex.

### T E T R A S T I C H O N . IX.

*I L nesçauroit ailleurs mieux la cognoistre,  
Que dedans soy, où (comme en vn miroir)  
La terre il peut &c le Ciel mesme voir,  
Car tout le monde est compris en son estre.*

### B I C A R T O N .

*Ista sed aeterni tam magna potentia Regis  
Nobis in nobis sat manifesta patet,  
In nobis veluti speculo cœlumque solumque  
Cernitur : in nobis totus & orbis inest.*

### S C H O L I O N .

Cælius Rhodiginus cap. 18. lib. 2. lectionum antiquarum docet, quo pacto homo dicatur μηρόνεμος, seu minor mundus. Et cap. 21. eiusdem lib. Hominem mundo similem esse confirmat. Idem quoque docet, cap. 30. lib. 24. Nec male Baptista Mantuanus, libro de morte contemenda, de similitudine hominis cum Mundo sic loquitur:

*Ut Deus, & Cœli moles, Elementaque, maior:  
Sic quoque nos mundus dicimur esse minor.  
Nos inquam: nam plura sumus: quæ corpus in vnum  
Cogit, & hic Mundus dicitur esse minor.  
Omnia quæ in mundo fieri maiore videmus,  
In nobis simili cernimus esse moda.*

*Cor, iecur, atque caput cœli sunt: sydera sensus:*

*Et animus nobis cum ratione Deus.*

*Cetera si vigili studio quæsiueris, intra*

*Corporis humani membra videbis agi.*

*Quattuor humores tibi sunt elementa: quod exit*

*Quattuor ex istis corpora mixta voces.*

*In genera & species redigas, sunt plurima vita*

*Indiga: & in nobis est animæ omne genus.*

*Sylua pili, genitale pecus, sunt aëris imbræ*

*Picuitæ, è summa quæ pluit arce caput.*

*Fulmen erit resonans ardor, qui naribus exit:*

*Et ventos stomachi venter & alius habet.*

*Ut que Deo in mundo Superi maiore ministrant,*

*Sic tibi spirituum copia semper adest. &c.*

Vide iterum Rhodiginum cap. 17. lib. 2. & Macrobius in Somnium Scipionis, lib. 2. cap. 12. & Philonem ῥεῖ κόρης.

#### T E T R A S T I C H O N. X.

**Q**UI a de soy parfaict e cognoissance,  
N'ignore rien de ce qu'il faut sçauoir.

Mais le moyen assuré de l'auoir,  
Est se mirer dedans la sapience.

#### B I C A R T O N.

Qui se perfecte nouit, certe omnia nouit,

Quæ scire, & memori mente tenere decet.

Cui mentem irradiet sapientia pensculanti,

Perfecto se nouerit ille modo.

## S C H O L I O N.

Cicero lib. 3. ad Quintum Fratrem: Et illud, inquit, γνῶθι σεαυτὸν (id est, nosce te ipsum) noli putare ad arrogantium minuendam solum esse dictum, verum etiam ut bona nostra norimus. nimis ut ne nobis vel maiora, vel etiam indigna sequamur. Vide Erasmus in Adagio, nosce te ipsum. & Xenophontem lib. 4. Απμνημονεύματα. Epictetus apud Arrianum, hominem alloquens, inquit: οὐδὲν ἀγνοῖς αγνοίας οὐδεν; id est, quid igitur ignoras nobilitatem dignitatemque tuam? qui Deo ipse cognatus & propinquus sis, ut agas nihil post hac humile, nihil sordidum, οὐδὲν αἰχμῆς, οὐδὲ ταπεινόν. Sed verum est illud, quod Sycophanta Ballioni respondebat apud Plautum Pseudolo. Ait enim Sycophanta: Ecquem in angiporto hoc hominem tu nouisti, te rogo? Respondet Ballio, Egomet me. Tum Sycophanta, Pauci (inquit) isthuc faciunt homines, quod tu prædicas. Nam in foro vix decumus quisque est, qui ipsus se se nouerit.

## T E T R A S T I C H O N. XI.

**C**E que tu vois de l'homme, n'est pas l'homme.  
**C**'est la prison où il est enserré:  
**C**'est le tombeau, où il est enterré:  
**L**e lict branflant, où il dort un court somme.

## B I C A R T O N.

**Q**uod cernis, non est homo, sed squallore repletus  
**C**arcer, ubi miserum vincula fœda tenent.  
**A**ut est impurum, quo cōditur ipse, sepulchrum.  
**M**obilis aut lectus, somnus ubi breuis est.

## S C H O L I O N.

DAVID Psal. 142. Educ (inquit) è carcere animam meam,,  
 vt celebrem nomen tuum. Cicero. I. Tuscul. Exeamus, in-  
 quid, è vita lœti, emitte nos è custodia, & leuari vinculis  
 arbitremur. Idem Cicero in Somnio Scipionis. Qui è cor-  
 porum, inquit, vinculis tanquam è carcere euolarunt. Vide  
 Macrobius ibidem. Etenim corpus Græcis dicitur σῶμα,  
 ἀρχὴ τὸ σῶμα, id est à sepulchro ut vult Plato : quod anima  
 in corpore sit quasi sepulta. Vide quid super hac re differat  
 apud Platonem Socrates in Phædone. Sed Pibracius noster  
 ait etiam corpus esse velut animi lectum mobilem & versa-  
 tilem, in quo breuem carpat somnum. Dicitur enim anima  
 dormire interdum, ut Psal. 119. dormitauit anima mea præ  
 tædio. Contrahi autem animum Zeno, & quasi labi puta-  
 uit, atq; concidere, & ipsum esse dormire, ut refert Cicero  
 lib. 2. de Diuinatione. Aristoteles autem somnum animæ  
 ac corpori communem esse putauit : idq; à Plutarcho no-  
 tatum lib. 5. de placitis Philosophorum. Et Democritus a-  
 pud Stobæum, ἀγεννητὸς εἰν καὶ τὸν ψυχήν, inquit, οὐ γένεσις γάρ  
 οὐδὲ πλείστη διεργάτης ὁ περὶ τοῦτον ψυχῆς. id est, mente vigili  
 esto : huius enim somnus veræ mortis cognatus & Germanus  
 est. Certè quemadmodum Sol, quando non lucet nobis,  
 dormire dicitur, ut apud Plautum Amphyl. Credo euidem  
 dormire solem, atque appotum probè. Mira sunt, nisi inui-  
 tauit se in cœna plūsculum. Vbi humano more loquitur  
 Sofia Plautinus, cùm tam longam videret noctem, cubante  
 cum Alcmæna Ioue. Sic animus dormire dicitur, cùm non  
 illuc et nobis, perturbationum tenebris inuolutus, aut ne-  
 ligenter aliquid agens. Dormitandum tibi non est, inquit  
 Plautus Epid. Id est, non cessandum, non negligenter agen-  
 dum. Vel dici potest animus dormire, cùm languet otio. Ita  
 Cicero lib. 2. de Oratore, significans iuris consultos non

agitari tumultu forensium dictionum, quibus insudant causidici, sed in otio securaque tranquillitate consulentibus respondere, istam, inquit, oscitantem & dormitantem sapientiam, Scæuolarum & cæterorum beatorum ocio concedamus.

### T E T R A S T I C H O N . XII.

**C** E corps mortel, où l'œil rau i contemple  
Muscles & nerfs, la chair, le sang, la peau,  
Ce n'est pas l'homme, il est beaucoup plus beau:  
Aussi Dieu l'a reserué pour son temple.

### B I C A R T O N .

*Hoc corpus mortale, oculos quod pellicit ad se  
Spectandum nervis, sanguine, carne, cute,  
Grædibus & musclis, nō est homo: pulchrior ille est:  
Ille Dei templum, mors quod amara fugit.*

### S C H O L I O N .

Oὐκ ἔστιν αὐθεωπος τὸ ὄρώμενον, ut ait Plato in Phædro. Id est, non est homo id quod videtur. Idem in Axiocho, τὸ σῶμα, inquit, γεωδεῖς οὐ καὶ ἄλογον σὸν ἔστιν ὁ αὐθεωπος. οὐκέτι μὲν καρπὸς ἐσμεν ψυχὴ, ζῶος ἀδύνατος, οὐ διηγήσασθε γέγενεν φρουρίῳ. Id est, corpus terrenum & brutum non est homo. Nam nos quidem anima sumus, animal immortale, in mortali præsidio tanquam carcere conclusum. Hinc Cicero in Somnio Scipionis inquit: Tu verò enitere, & sic habeto: te non esse mortalem, sed corpus hoc. Nec enim tu is es, quem forma ista declarat: sed mens cuiusque is est quisque, non ea figura, quæ digito demonstrari potest. Vide Macrobius ibidem. Certè quod oculis corporeis in

hominē videtur, nil aliud est, quām fluida, recipiendisque tantū cibis opportuna materia, vt ait Seneca: & vt Stoicus ille dicebat, πλὸς κομψῶς πεφυεχμένος. Id est Lutum scitè subactum & fabre factum politumque. Porrò autem Pibracius verum hominem Dei templum esse dicit. Id quoq; sacra scriptura testatur, Ait enim Paul. i. Cor. 3. οὐσίας ὁντινὸς θεῖος εστε, καὶ τὸ πνεῦμα τοῦ θεοῦ οἰκεῖ ἐν ὑμῖν, εἴτε τὸν ναὸν τοῦ θεοῦ φθείρετε, φθεγγότων οὐ θεός. οὐ γὰρ ναὸς τοῦ θεοῦ ἀγιός εστιν, οὐ λύκειος εστε ὑμεῖς. Id est, an nescitis, quod templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violat & profanat, hunc perdet Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Animus enim (vt ait Seneca) nisi purus ac sanctus est, Deum non capit. Hoc ergo templum purum mundumque teneamus.

## T E T R A S T I C H O N. X I I I.

**A** Bien parler, ce que l'homme on appelle,  
C'est un rayon de la Divinité.  
C'est un atome esclos de l'unité,  
C'est un dégout de la source éternelle.

## B I C A R T O N.

*Est homo (quem de se diuina Essentia iecit)*  
*Vitali radius lumine membra fouens.*  
*Est atomus, quem ex se fudit diuina Monosis.*  
*E vena aeterna guttula dia ruit.*

## S C H O L I O N.

Homo duplex est, interior, scilicet animus, & exterior, nempe corpus. Interior verus homo est. Paulus ad Cor.

cap. 4. Epist. 2. ἀλλ' εἰ καὶ ὁ ἔξω ἡμῶν αὐτόρωπος Διὸς Φύσις-  
ται, ἀλλ' ἐξωφεν αὐτοκρυψοῦται ἡμέρᾳ καὶ ἡμέρᾳ. Id est,  
sed quanvis externus noster homo corruptatur, internus  
tamen renouatur in dies singulos. Idem ad Romanos c. 7.  
Συνήδοχογέν τῷ νόμῳ Θεῖς (inquit) καὶ τὸν ἑστῶτα αὐτόρωπον.  
Id est, Delector enim lege Dei secundum internum nomi-  
nem. Id est secundum mentem vel animum. Quem Græci  
νῦν appellant. De quo illud est Epicharmi, νῦν δέξια, νῦν  
ἀκρύδ, τὰ δὲ ἄλλα καὶ ωφά καὶ τυφλά, mens videt, mens au-  
dit: cætera surda sunt & cæca. Pibracius igitur internum  
hominem appellat radium diuinitatis: Atomum ex Vnita-  
te delibatum: & stillam sive guttam æternæ scaturiginis.  
Hoc enim sonant Gallica verba auctoris. Certè equidem  
veteres de mente magna cum reverentia locuti sunt, quam  
τὸ μακαρίας φύσεως σκηναγένον, η δοτόπασμα, η διάν-  
γκομα τὸ ιδότυπος Θεῖς, deatæ naturæ simulachrum, aut  
partem auulsam, seu splendorem & radium proprietatis  
Dei vocarunt. Heraclitus Ponticus animam lucem dixit,  
& Heraclitus Physisus scintillam stellaris essentiæ. Demo-  
critus, spiritum insertum atomis, ita ut corpus illi omne  
sit peruium, ut inquit Macrobius. Platonici animam im-  
mediate procedentem à Deo per media competentia cor-  
pori huic iungi crassiori existimarent veluti lucem quan-  
dam diuinam, ad imaginem causæ causarum, primique  
exemplaris creatam, indiuiduamque substantiam à diuinis  
fontibus emanantem. Pimander apud Trismegistum, Mens  
quidem, ô Tati, inquit, ex ipsa Dei essentia nascitur, cui eo  
modo connexa est, quo Solis corpori lumen. Vnde & Græ-  
ci hominem Φῶτα nuncuparunt, à lumine: cùm præsertim  
homo, id est, animus diuinæ sit radius essentiæ. Procura-  
tor enim Mundi Deus (ut refert Cicero lib. de Vniuersitate)  
ex sua mente & diuinitate animum genuit humanum. Atq;

ex vniuersa mente diuina delibatos habere nos animos Pythagorici Philosophi dictitarunt, ut libro de Senectute monet Cicero. Illud autem indubium est, Deum ad sui imaginem creasse hominem: solique homini, ut Moyses scribit, creator Deus vitæ spiraculum inspirauit, vel ut significans Græci dicunt, *molu* (quam Tertullianus diuinum afflatum interpretatur) è *euq̄ōmō*: verbo usi, *δότης* & *φύεις* destinato. Qua de re Philonem præclarè & acutè differentem vide. Pontanus etiam poëta clarissimus huc respiciens inquit:

*Tum Deus humanos effingere molliter artus,  
Membraque de tenui ducere cœpit humo.  
Mox auram ætherio de somite fundit in illum:  
Viue ait, & proprio membra labore fone.  
Arcana mox partem animæ de mente profunda  
Libat, & erecti spirat in ora viri.*

At scribit Rhodiginus lib. 2. lect. Antiq. cap. 22. animam credi non debere Dei partem, sed creaturam: nec de substantia Dei productam, sed ex nihilo creatam. Si enim esset Dei vel essentiæ diuinæ pars aliqua, non utique sceleribus inficeretur. Sed varias de animæ origine opiniones antiquorum videoas apud D. Hieronymum, Epistola ad Marcellinum, cuius initium est, Tandem ex Africa. &c. Vide eundem Epist. ad Demetriadem, cuius principium est, inter omnes materias. Vide insuper eundem in opusculis contra Ruffinum. ut omittam D. Augustinum, Agrippam libr. 3. de occulta Philosophia, Philonem Iudæum libro de Mundo, Melancthonem in Commentario de anima.

## TETRASTICHON. XIII.

**R**Ecognoy donc homme ton origine,  
Et braue & haut desdaigne ces bas lieux,  
Puis que fleurir tu dois là haut es Cieux,  
Et que tu es vne plante diuine.

## B I C A R T O N.

*Ergo cælesti cùm si homo semine cretus,  
Ortum agnosce tuum: sit tibi viliis humus.  
Tu florebit enim patrij super atria Cæli,  
Enthea diuinâ confita planta manu.*

## S C H O L I O N.

Philo de Mundo, αὐθεωπος, id est, hominem appellat Φυτόν, τὸν ἀνθρώπον, αἱλαχέσινον, ὃς παλαιὸς λόγος Θεός, id est, plantam non terræ nam, sed cælestem, ut vetus sermo est. Et Plato quidem dicebat (quod & à Plutarcho noratum est) αὐθεωπος Φυτὸν τὸν ἔγγειον, δοδὲ αἰνιητὸν, αἱλαχέσινον, εἴτε θραυστόν εἴτε, ὡμηρός ἐκ γίγης τὸ σῶμα τὸ κεφαλῆς ὁργὴν ισάωμεν, τεὸς τὸν θραυστὸν αἰνεσπαρημένον. Id est, homo planta est quædam non terræ intixa, nec immobilis, sed cælestis, & ad Cælum ipsum inuersa: cuius corpus ex capite, velut è sua quadam radice illud sistente & firmante, erectum manet. Diuinitus ergo genus nostrum ducimus plantæ immortales, inuersæ contra plantarum aliarum sedem. Nam capilli (ut ait ille) instar radicum, Cælum versus, vnde diuina Dei natura passuatur, respiciunt: membra reliqua velut rami terram intuentur. atque anima humana vt afflatu diuino inspirata & creata, & simul quod inest animæ plantæ & brutorum, habet, & præterea immortalem intellectum & ratiocinatio-

nem, quibus brutis, & reliquis, ut inferioribus corporibus,. imperat & dominatur. Ergo quovsque tandem humi defixa nostra mens erit ? humana ista in terris ut exigua & minima contemnamus, supera atq; cælestia semper spectemus & cogitemus. vt recte piéque Cicero monuit.

## T E T R A S T I C H O N . X V .

**I** L'est permis t'orgueillir de ta race.  
Non de ta Mere ou ton Pere mortel,  
Mais bien de Dieu ton vray pere immortel,  
Qui t'a moulé au moule de sa face.

## B I C A R T O N .

Progeniem iactare licet : mortale parentum  
At iactare genus, duxeris esse nefas.  
Eterni ergo patris diuina stirpe superbi:  
Temet ad effigiem condidit ille suam.

## S C H O L I O N .

Diuinitus genus nostrum ducimus. Vnde recte Lucretius inquit:

*Denique cælesti sumus omnes semine oriundi,  
Omnibus ille quidem pater est. &c.*

*τὸν δὲ τὸν ἄρρενα εἰσπειν, ipsius enim (Dei scilicet) genus sumus.* Ut D. Paulus Græci poëta testimonio comprobauit. Act. Apost. cap. 17. Gloriemur igitur in Domino Deo & parente nostro, neque fragile & mortale genus parentum iactemus. Etenim apud Menandrum orat quidam matrem suam, ut vocabulum hoc, οὐσία, genus, toties auribus suis inculcare desinat, cuius frequenti mentione dicit se eneca-

ri, & quasi mori. Απλαῖ με τὸ γένος, inquit. μὴ λέγει εἰ φα-  
λεῖς ἐμὲ, Μῆτερ, ἐφ' ἔκαστῳ τὸ γένος. οἵσ αὖ τῇ Φύσῃ Αγα-  
θὸν ταύτην μηδὲν οίκτιον πεφεστὸν Εκέισος κατάφεύγουσι,  
εἰς τὰ μυῆματα. Καὶ τὸ γένος, δέρθμοι τε τὰς πίπας ὅπις,  
Id est, enecabit & mori me faciet genus. οὐ μάτερ, si me  
amas, ne mihi, obsecro, genus ad unumquodque verbum  
commemores. Nam illi, quibus naturā nullum inest bo-  
num proprium, eō configiunt, ad monumenta scilicet seu  
sepulchra, & ad genus, & auos suos numerant, ac recen-  
sent. Vide Philonem iudæum *τοῦ διηγήσας*, de Nobilitate.  
Vide etiam Hermanni Nehemii boni sancè Philosophi, lepi-  
dique poëtæ carmen Elegiacum in laudem veræ nobilita-  
tis. Sic enim scribit. Quoniam enim opusculum illud non  
est facile repertu, pauca ex eo de prompta carmina sub-  
iungam. Ait igitur ille:

*Nomen id antiqui generis, virtusque parentum,  
Ni tua te probitas vitaque sancta iuuet,  
Nil nisi sunt vani vanissima somnia mundi,  
Quæ plus stultitiae quam rationis habent.  
Et bene si multi stirpem scrutentur auorum,  
Quæ grauibus vitijs saepe notata fuit,  
Non ita per fastum sua splendida stemmata tollēt,  
Sed potius semper disimulata volens.  
Forsttan inuenient, quos polluit aspera cædes  
Fratris, ut à seculo est fratre peremptus Abel.  
Vel quos improbitas magnos Esaica fecit.  
Unde duces Genesis prædicat esse satos.  
Vel quos agrorum vastatio perfida pauit,  
Qualem Nemrodum Biblia sacra canunt.*

Vel quos ad cædes exercuit arra tyrannis,  
 Quos Nero, vel Phalaris progeniisse potest.  
 Vel qui fictilium statuas coluere Deorum,  
 Quis pater Abrami deditus usque fuit.  
 Vel qui Christicolum per vim fudere cruorem,  
 Qualis visa diu carnificina fuit.  
 Vel qui sunt Veneris meretricis castra securi,  
 Qualis fæmineus Sardanapalus erat.  
 Non ita, si multi patrum peccata reuoluant.  
 Nomen in ore frequens nobilitatis erit.  
 At potius scelerata patrum commissa dolebunt,  
 Virtutisque decens ingredientur iter.

Vide Iuuenal. Sartyr. 8. Ergo non mortali, sed diuina stirpe Dei gloriemur. Deus enim nos ad imaginem & similitudinem suam effinxit. Genes. cap. 1. Qua super re differentem vide Rhodiginum cap. 17. lib. 2. lect. Antiq. Basilius autem in Hexamero, homilia. 10. docet similitudinem hominis cum Deo in præstantia rationis esse positani. Ideoq; per hominem intelligi non externum, sed internum, nempe animum rationis compotem. Sed regius ille propheta David, Psal. 34. Quasi non sit homo ad similitudinem Dei formatus, inquit: Domine quis similis tibi? Certè nullus perfectione & potentia. Verùm qui ad perfectionem rationis proximè accedit, is haud dubiè inter homines Deo simillimus, & qui longissimè abest à ratione, dissimillimus. Sunt enim quidam homines non re, sed nomine, ut ait Cicerio, primo de Officiis. Et illi quidem non Deo, sed iumentis & pecudibus similes facti sunt. de quibus loquitur David Psalm. 48.

## TETRASTICHON. XVI.

**A**u Ciel n'y a nombre infini d'Idees,  
Platon s'est trop en cela mesconté:  
De nostre Dieu la pure volonté  
Est le seul moule à toutes choses nees.

## BICARTON.

*Innumeras rerum species formasque severus  
Divinæ menti dixit inesse Plato.  
Quām bene? quando Dei rebus syncera voluntas  
Omnibus effectis vñica forma subest?*

## SCHOOLION.

Ideæ Platonicæ (vt S. Dionysius existimat) nihil aliud sunt, quām *αειούσιμαι καὶ θελήματα τοῦ Θεοῦ*, id est, præfinitio-nes, prædestinationes, voluntates seu decreta Dei immu-tabilia. Loca verò in quibus de hisce Ideis Plato meminit, ista sunt. Timæus, Parmenides, Phædrus, Epinomides, Hip-pias de pulchro. Qui verò Platonicas Ideas defendere co-nati sunt, aut Aristotelem cum Platone conciliare, multaq; in utramq; partem argumenta protulerunt, sunt, Plotinus, Proclus in Comment. Timæi, Alcinous, Syrianus, Olympio-dorus, Iamblicus, Ammonius, Alexander, Simplicius, The-mistius, D. Augustinus, Scotus, Franciscus patricius Discus-sionum Peripateticarum lib. 5. & alii plerique. Platonici quidem præter materiam, formam, efficientem, & finem, quintam causam statuerunt, quam ipsi vocant ideam & exemplar. Cicero nunc formam, nunc speciem appellat. Ideæ verò vox δύναται εἶδεις, siue idēis deriuatur, quod Græcis significat cognoscere intelligereque. Rem autem

per formam, quæ dat esse rei, optimè cognoscimus. Quapropter id est forma rei est seu species & exemplaris causa. Itaq; Platonici dicunt Deum omnia sapienter agentem, impressas habere animo Ideas, id est, notiones & formas (ut aiunt) intelligibiles earum rerum, quas agit: nihil enim sit in rebus, quod non ante, immo quod non ex omni aeternitate fuerit in intelligentia & scientia diuina. Ac velut artifex animo cōceptam habet ideam & formam operis, quod efficit: ita Deus omnium suorum operum ideas & rationes habet, ad quarum similitudinem effingit quæcunque molitur. Ajunt enim modum, numerum, & mensuram omnium rerum naturalium præscriptam & definitam esse à Deo secundum uniuscuiusque speciei ideam & exemplar, quod ipse mente sua contineat. Præterea dicunt, quot modis fieri potest de rebus quæstio propter quid, totidem causas esse necesse est; cum præsertim quæstio propter quid petat causam: Sed potest fieri quæstio propter quid de re aliqua, cui non possit bene responderi & satisfieri per quatuor causas ab Aristotele traditas, materiam, formam, efficientem & finem, sed tantum per causam exemplarem, siue ideam. Ergo poni debet causam exemplaris. Assumptio probatur hoc modo: Si quis Roget, cur sima sit Socratis imago? Fuit enim Socrates simus. Certè neq; propter materiam imaginis, nec propter formam vel figuram, nec propter artificem, aut finem, id accidisse videtur, ut sima fuerit Socratis imago, sed tantum propter exemplar, quod sibi artifex imitandum proposuit. Idcirco enim imago Socratis est sima, quoniam idea & exemplar Socratis, quod voluit pictor in illa imagine exprimere, habebat τὴν σημειη̄, seu simitatem, aut simas nares. Aristoteles autem huiusmodi causam exemplarem ad causam efficientem referendam esse censet: quæ etiam formalis causa est, alia ta-

men ratione, quam qua efficiens dicitur. Sicut enim calor est forma ignis, & efficiens caussa caloris aquæ: sic idea ipsa, respectu agentis per ideam, forma est: respectu autem recti effectæ ad similitudinem ideæ, caussa est efficiens. Verbi caussa, idea domus, forma est architecti, ut est artifex, qui per domus ideam menti impressam agit, & ad illius similitudinem domum ædificat aspectabilem, cuius respectu ipsamet idea caussa etiam efficiens est: quia per domus ideam formam ve architecti animo comprehensam efficitur domus, sicuti sanitas quæ fit in corpore, ab idea sanitatis, & forma intelligibili (ut vocant) quæ est in mente Medici, proficiscitur. Quemadmodum ipsem Aristoteles in Metaphysicis auctor est. Ergo sicut ædificator ille Aristoteles ideam formamque domus mente conceptam respiciens, domum efficit: ita Deus in se ideas habens atq; in se respiciens res producit. οὐ μέντος ἡ τέλεια (inquit Aristoteles) ὑγίειας εἰς ὑγίειας γίνεσθαι, καὶ τὸ οἰκίας εἰς οἰκίας. Τὸν δὲ υγεῖαν, τὸν εὖχον υπότιον. &c. Sed quia breuitati studemus, omnia hic dicenda iusto tandem commentario explicaturi οὐδὲ Θεῶ, nunc isto Σωκράτης εἰς ἐκάποιον disputandi labore supersedemus.

## T E T R A S T I C H O N.

## X V I I.

**I**L veut, c'est fait: sans traiuail & sans peine  
Tous animaux, iusqu'au moindre qui vit,  
Il a cree, les sostient, les nourrit,  
Et les defait du vent de son haleine.

## B I C A R T O N.

*Vult, factum est: cunctum ille animal nulloq; labore  
Finxit: alit cunctum, munificusque fouet.  
Et cum vult, minimumq; animal summūque repente  
Conditor afflatu destruit ipse suo.*

## S C H O L I O N.

David Psal. 104. Deum alloquens inquit: vniuersa autem ex te pendent, vt iis cibum suum des suo tempore. Tequedante colligunt, & te manum aperiente, satiantur bonis. Si autem abscondas faciem tuam turbantur: si que spiritum iis eripias, expirant, & reuertuntur in suam puluerem. rursum animalia creantur, si tuum spiritum mittas, & renoues terræ faciem. Et Psal. 18. quoniam ipse irascebatur, ascendebat furus è naribus ipsius, & vorans ignis ex ore eius, ita vt de eo carbones incenderentur. &c. Et Psal. 21. velut accensam fornacem reddidisti eos in tempore iræ tuæ. Dominus in ira sua devorauit eos, & ignis consumpsit eos. Buchan. ibi:

*Ceu flamma clausis æstuans fornacibus.  
Antiquæ siluæ brachia.  
Vorat: furoris sic tui nefarios  
Afflatus hostes hauriet.*

## T E T R A S T I C H O N . X V I I I .

**H**AUSS ces yeux : la voute suspendue,  
Ce beau lambris de la couleur des eaux,  
Cerond parfait de deux globes jumeaux,  
Ce fermement estoigné de la veue:

## B I C A R T O N.

*Tolle oculos, vitreisque vide laquearia lymphis  
 AEmula, suspenso & fornice recta patris:  
 Perfectosque orbes geminorum expende globorum,  
 Et firmamentum, tam procul hinc quod abest:*

## S C H O L I O N.

Multa sunt (inquit Cicero lib. 2. de naturā Deorum) è quibus intelligatur, quantæ res hominibus à Deo, quāmq; eximiæ tributæ sint: qui primum eos humo excitatos celos. & erectos constituit, vt Deorum cognitionem, Cœlum intuentes capere possent. Sunt enim è terra homines, non vt incolæ atq; habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cælestium: quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. &c. Et mox post hæc, iam verò, inquit, circuitus Solis & Lunæ reliquorumq; syderum, quanquam etiam ad Mundi cohærentiam pertinent, tamen & spectaculum hominibus præbent: nulla est enim insatiabilior species, nulla pulchrior, & ad rationem solertiamque præstantior. Eorum enim cursus demetiti, maturitates temporum, & varietates, mutationesque cognouimus. Hæc ille. Pymander quoque Tatio respondens apud Mercurium Trismegistum, cùm, inquit, Deum videre volueris, suspice Solēm ô fili mi Tati, suspice Lunæ cursum, suspice syderum ordinem? &c. Vide quæ dicit Socrates apud Xenophontem libro primo de dictis & factis Socratis, ibi, οὐτοὶς φροντίζειν. &c. Et Psalm. 19. Cœli enarrant gloriam Dei. &c.

TETRASTICHON. XIX.

**B**Ref, ce qui est, qui fut, & qui peut estre  
En terre, en mer, au plus cache des Cieux,  
Si tost que Dieu l'a voulu pour le mieux,  
Tout aussi tost il a recue son estre. .

BICARTON.

Denique quod sit, vel fuerit, quod eritque vel alto  
In caelo, aut terra, veliuoloque mari,  
Id simul esse Deus voluit bonus, extitit: & quod  
Hic voleret esse, stat tempore prorsus erit.

## SCHOLION.

*Quæ vel sunt, vel erunt, vel quondam facta fuere,  
Cunctorum ratio est vnica, velle Dei:*

Vt ait Arnoldus Vesaliensis in Epitome singularum distinctionum in 4. libros Sententiarum. D. Augustinus lib. 3. de Trinit. cap. 4. rerum omnium creatarum caussam efficientem esse Dei voluntatem existimat : rursus voluntatis caussam, ipsius bonitatem esse docet, cum aliâs, tum Enchiridio. Satis est (inquit) Christiano rerum creatarum caussam siue cælestium, siue terrestrium, siue visibilium, siue inuisibilium, non nisi bonitatem credere creatoris. &c. Idem scribit Plato in Timæo. λέγαμεν δὴ, inquit, Δί λό. αἵτις γένεται καὶ τὸ πῶν τοῦτο οἱ ξυνιστὰς ξωμάτησε. Ακεῖος λό. Ακεῖθῷ ἐγένετο τοῖς θεοῖς θεοντας θεόποτε θρύλινετο Φέρο. πότε τοῦτο ἐγένετο, πάντας οὐ μάλιστα εἴσελθεν θρύλοις προσθηταῖς αὐτῷ. Quæ verba Cicero sic transfert: Quæramus igitur caussam, quæ impulerit eum, qui hæc machinatus

est, ut originem rerum & motionem nostram quereret. Probitate videlicet præstabat. Probus autem inuidet nemini. itaq; omnia sui similia generauit. Quantum attinet ad voluntatem Dei, Omnia, quæ vult, & non nisi quæ vult, Deus facit, ut Anselmus inquit. πάντα μὲν ὅσα θέλεις, διώσαται. οὐδὲ ὅταν οὐδὲ διώσαται, θέλεις οὐδὲ τὸν κόσμον, & θέλεις οὐδὲ τοῦτο, ut ait Iohannes Damascenus. Omnia quidem (inquit) quæcunque vult Deus, potest: non autem quæcunque potest vult. potest enim perdere Mundum, non vult tamen. Sed de voluntate Dei oportunior erit disputandi locus in nostro Commentario.

### T E T R A S T I C H O N . X X .

**N**E va suiuant le troupeau d'Epicure,  
Troupeau vilain, qui blasphemé en tout lieu:  
Et mescroyant ne cognoit autre Dieu,  
Que le fatal ordre de la nature.

### B I C A R T O N .

Ne sectere greges Epicuri immaniter afros,  
Dira vomunt cunctis qui maledicta locis.  
Hisce fide sancta vacuis fatalis habetur  
Naturæ tantum numinis ordo loco.

### S C H O L I O N .

Virtutem sequi velis? velim, inquis.

Ast Epicuræos eliminat vndeque virtus,  
ut ait Sidonius.

Vitabis igitur Epicureos.  
Cur eos virtus eliminat? Quia cum sit  
Hinc virtus, illinc virtuti inimica voluptas,

vt ait Sylius Italicus, in voluptate summum bonum statuerunt Epicurei, diuina negantes prouidentiam. Vnde Cicero in Lucullo, Labor, inquit, vt assentiar Epicuro, reuocat virtus, vel potius reprehendit manu: pecudum illos motus esse dicit: hominem iungit Deo. Επικουροί autem Græci vocant auxiliatores, seu adiutores, & Επικουρεῖς, succurrere & subuenire. Vnde Cicero in Lucullo, inquit: Nam qui voluit subuenire erroribus Epicurus nihil fecit. Epicurum defendere conatur Franciscus Philephus. Is enim libro 1. Epistolarum, Epicurum, inquit, insimulant, quenam voluptarium ac lascium dicunt: cum illum & temperantem virum fuisse constet & eruditum & grauem: cuique, præter crebriora mordacioraque cauilla, quibus in cæteros philosophos vtebatur, aliud arbitror obfuisse nihil. Cæterum constat eum virum non de corporis, sed de animi voluptate & sensisse, & differuisse. Et lib. 8. Epi. Voluptatem, inquit, duplarem esse scimus: alteram animi, alteram corporis. Cyrenaicus Aristippus voluptate corporis summum bonum constare existimauit. Qua ipsa in re vtramque voluptatem secutus est Epicurus, qui quanuis improbetur à multis, video tamen ab illo eam voluptatem maximè omnium laudari, quæ sit animi, quæ sapientiam virtutemque consequatur. &c. Hæc ille. Sed hac etiam de re plura in Commentario nostro.

## T E T R A S T I C H O N.

x x i.

*E*t ce pendant il se veautre & patrouille:  
*Dans vn bourbier puant de tous coftez,*  
*Et du limon des sales voluptez.*  
*Il s'epaist, comme vne orde grenouille.*

## B I C A R T O N.

*In cæno interibi sese fætente volutant,  
Fætorem iaciunt vndelibet que grauem:  
Atque voluptatum limo putente fouentur,  
Ut turpes ranæ, quæ loca spurca colunt.*

## S C H O L I O N.

Seneca libro de beata vita, Mea quidem, inquit, ista sententia est (in iuitis hoc nostris popularibus dicam) sancta Epicurum & recta præcipere, & si proprius accesseris, tristia: voluptas enim illa ad paruum & exile reuocatur: & quam nos virtuti legem dicimus, eam ille dicit voluptati. Iubet illam parere naturæ. Parum est autem luxuriæ, quod naturæ satis est. &c. Athenæus tamen libro secundo ita loquenter inducit Epicurum: ἐντὸν γε δύναμεν τοῦτο τὸν ἀγαθὸν, αὐτοῖς μὲν τὸς θεοὶ τῶν χειλῶν ἡδοναῖς, αὐτοῖς μὲν τὸς θεοῖς τῶν αὐθοδοσίων, αὐτοῖς δὲ τοῖς διὰ προσαρμάτων, αὐτοῖς μὲν τῷ τοὺς θεοὺς μορφῆς κατόψιῳ γένειας κινήσοις. Quæ verba Cicero sic vertit libr. 2. de Finibus: Non enim intelligo quid sit, aut ubi sit summum bonum præter illud, quod cibo aut potionē, & aurium delectatione, & obscena voluptate capiatur.

## T E T R A S T I C H O N.

x x l l .

**H**EUREUX, qui met en Dieu son esperance,  
Et qui l'invoque èn sa prosperité,  
Autant ou plus qu'en son aduersité,  
Et ne se fie en humaine assurance.

## B I C A R T O N.

*Felix, in Dominum cuius spes tota recumbit,  
 Quique piè lœta sorte precatur eum,  
 Et tantum vel plus orans, quam rebus in artis,  
 Fidendum humanis viribus esse negat.*

## S C H O L I O N.

David passim in Psalmis docet in solo Deo spem hominis esse collocandam, nec humana potentia & opibus nitendum. Vnde Psal. 33. Beatus vir, qui sperat in Domino. Vani, inquit & mendaces sunt filii hominum, qui si in stateras ascendunt, leuiiores sunt & vaniores ipsa vanitate. Psal. 62. ἐδὲ αὐτὸν νέποντα τε Φραγώμενον, nihil homine debilius & infirmius terra educat, inquit Homerus Odyss. 6. Idem alibi fragilitatem expendens humanam, frondibus arboreis similes esse homines dicit. Et Pindaro σκιᾶς ὄντας αὐτῷ πωμός, umbræ somnium homo dicitur. Et Sophocles, Αὐθεωπός πεῦμα, inquit, καὶ σκιὰ μόνον, homo flatus est & umbra solum. Quocirca non viribus humanis, sed Deo fidendum: nec magis in aduersa, quam prospera fortuna Deus orandus est. Διηγον διηγάνοντα μεμυηδεῖς Θεοῖς, in prospera sorte meminisse Dei æquum est, ait Comicus Menander.

## T E T R A S T I C H O N.

x x i i .

**V**OUDROIS TU BIEN METTRE ESPERANCE SEURE  
 EN CE QUI EST IMBECILLE ET MORTEL?  
 LE PLUS GRAND ROY DU MONDE NE ST QUE TEL,  
 ET A BESOIN PLUS QUE ROY QU'ON LASSEURE.

O

## B I C A R T O N.

*Fidere tu n. velis pollenti robore paruo,  
 Cui laqueos tendat mors inopina suos?  
 Maximus in terra ferietur arundine mortis  
 Rex : & eger tuta te migè præsidio.*

## S C H O L I O N.

Omnis homo infirmus est & mortal is, cum Rex ipse talis sit, qui potentissimus videatur. Humanis ergo viribus fidendum non est. Certè mors æqua stultis & sapientibus intentat arcum. Psal.49. & Psal.88. Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi? πάντες οὐδὲ νέκυες, omnes ex æquo morti sunt obnoxii, vt ait Phocylides. Βροτοῖς ἀπασι καλλαγεῖν ὁ φάλεται, κούκης ἐστι θυητῶν ὅσις ἐξεπίσσει, τὸν αὔρου μέλλοντο εἰ βιώσεται, vt ait Euripides. cunctis, inquit, mortalibus mors debetur, nec ullus est qui certò sciat, an victurus sit diem crastinum. Et Metrodorus, πέδος μὲν, inquit, τὰ αὐλά, διωατὴν αὐτοφάλεται πείσασθαι. χαίρεν δὲ Ιεράτες, πάντες αὐθρωποι πόλιν αὐτοίχουν οἴεσθαι: Id est: aduersus alia quidem, munimenta parati possunt: at quantum attinet ad mortem, omnes homines immunitam verbem incolimus

## T E T R A S T I C H O N.

## x x i i i l

**D**E l'homme droit Dieu est la sauvegarde,  
 Lors que de tous il est abandonné:  
 C'est lors que moins il se trouve estoonné:  
 Car il sçait bien que Dieu lors plus le garde.

## B I C A R T O N.

*Iustorum a stripotens pater est tutela virorum,  
Cùm se desertos omnibus esse vident:  
Tūc metuunt minùs atq; stupent, tūc se quia norūt  
Maiori curæ scilicet esse Deo.*

## S C H O L I O N.

David Psalm.26. Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? &c. Et Psal. 21. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & non sunt confusi. Et Ps.9. Asylum erit Dominus oppreso, asylum inquam temporibus afflictis. Et Ps.36. Salus iustorum à Domino : & protector eorum est in tempore afflictionis. Vide Psal.13. sub finem. Et Psal. 33. Oculi Domini super iustos, & aures eius in preces eorum. clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

## T E T R A S T I C H O N.

x x v i.

**L**es biens du corps & ceux de la fortune,  
Ne sont pas biens à parler proprement.  
Car ils sont trop sujets à changement.  
Mais la vertu demeure tous-jours vne.

## B I C A R T O N.

*Quæ bona dicuntur fortunæ & corporis, illæ*

*In veris minimè sunt numeranda bonis.*

*Mutantur subito, & facile amittuntur: at vñq;  
Pulchra animi virtus vna eademque manet.*

## S C H O L I O N.

Bona animi, cuiusmodi virtutes sunt, inter omnia humana bona principatum obtinent, omnium philosophorum consensu. Vnde Aristoteles lib. i. Ethicorum, *γενεμημένων δὴ, inquit, τὸ ἀριθμὸν τεχῆ, καὶ τῶν μὲν σκέτος λεγομένων, τῶν δὲ τοῖς ψυχῇσι, καὶ σῶμα, τὰ τοῖς ψυχῇσι κυριώτερά λέγομέν, καὶ μάλιστα ἀριθμός.* Id est, cum igitur bona tres in partes sint distributa, aliaque externa, alia animi, alia corporis dicantur: animi bona in primis & maximè proprie bona dicimus. Vnde Philo Iudeus *τοῖς διφείσι, inquit, Επιδή τὸ πεῖραν αἱρέειν αἴσιον, εἰδέναι τῶν σκέτων, αἷλλα εἰδέναι τοῖς σῶμα, μᾶλλον δὲ εἰδέναι μέρος ψυχῆς, αἷλλα μόνῳ τῷ οὐρανοῖς πέρικεν σύλλαγμα.* &c. Id est, Nam quod vere bonum est, in nullis rebus fortuitis, quin nec in ullis, quæ corpus attingunt, quin immo nec in quaunque parte animi, sed in ea solum, quæ in se ducem ac principiationem continet, inesse solet. Hic ergo colliges veri boni definitionem, ex eius præsertim subiecto, ne npe animo: quanvis non in omni animi parte versetur, sed in ea quæ λογικὴ & οὐρανικὴ dicitur, quæ instar reginæ est. Pibracius autem hoc argumento probat animi bona, nempe virtutes, vera esse bona: Vera bona sita sunt, constantia, & permanentia: Sed bona corporis & fortunæ non sunt hujusmodi: Ergo non sunt vera bona. At siq[ue] stablesque sunt virtutes: Ergo in veris bonis habendæ sunt. Etenim Antisthenes virtutem *ἀριθμὸν σῶμαν* vocauit, id est, arma stabilitati, quæque auferri non possunt. Et Isocrates, *τὸ δέσμον, inquit, εἰδέναι καῆμα σημόπρεπον, εἰδέναι βεβαύπερον εῖται.* Id est, virtus nulla possessio nec honestior, nec durabilior est. Et Sophocles, *δέσμον, inquit, βεβαύπερον δὲ εἰπεν αἰνῆσσις μέντη.* Id est, sola possessio virtutis constans est atque perpetua. Et Cicero ultimo Paradoxo: *Quanti est æstimant-*

dā virtus, inquit, quæ nec eripi, nec surripi potest vñquam: nec naufragio neque incendio amittitur, nec tempestatum nec temporum permutatione mutatur? Sed dicat aliquis Aristotelem aduersari Pibracio, quia lib. 2. Ethicorum, docet virtutem non esse constantem, sed mutabilem. Probaturus enim virtutem moralem non esse naturā nobis ingeneratam, hoc vtitur argumento: Quæcunque, inquit, naturā nobis ingenita sunt, aliter atque nata sunt, assuefieri non possunt, nec consuetudine immutari, verbi causa, lapis, inquit, qui naturā suapteque sponte fertur deorsum, nulla ratione assuefieri potest, vt ita sublimē feratur, ne si decies millesquidem eum quis sursum iaciens assufacere conetur: nec ignis deorsum mouetur, nec aliud quicquam eorum, quæ aliter à natura comparata sunt, aliter potest assufcere. Hinc infert Aristoteles, virtutem moralem non esse naturā nobis insitam, quia videlicet consuetudine mutari potest, sicut experientia docet, ex bono fieri malum, & contrā, è malo bonum. Quantum enim bonorum consuetudo & familiaritas ad virtutem promouet, vt ait ille: tantum, immo vehementius prauorum consortium & contubernium trahit incautos ad vitiorum præcipitia. Quocirca virtutem mutabilem ac inconstantem esse iudicat Aristoteles, aduersus id quod modò diximus de firmitate eius atque constantia. Verū ipsem Aristoteles hoc argumentum ita soluit, vt concedat virtutem mutari ac amitti posse, non facile tamen. Sic enim in Categorīis, cap. de Qualitate loquitur Aristoteles: ἡ δὲ τεττη οἷον ἡ μικροσωῆ, καὶ ἡ σωφροσωῆ, καὶ ἐκατον τὸ πούτων σὸν δικίνητον δοκεῖ εἶναι εὐδαίμονες. Id est, virtus enim, vt iustitia & temperantia, & singula his similia, non facile moueri immutarique videntur. Verū ut ad Philonem redeamus, Philonem, inquam, eum, de quo vulgo dicitur, ἡ ἀλάτων Φιλωνίζει, ἡ

Φίλων τὸν τοῦτον, id est, aut Plato Philonis, aut Platonis  
 Philo emulus est, ob summam sensuum & eloquii similitudinem:  
 aduersari videtur Aristotelii Philo. Hic enim verum  
 bonum (cuiusmodi virtus est) non in omni parte animi si-  
 tum existimat, sed tantum ἡ ψυχὴ μέρεψη εμονικῶ,  
 ut paulò antè diximus. At magnus Aristoteles τὸν δέ-  
 τῶν, contrarium docet. Ibinamque καὶ τὸν τοῦτον, seu ex  
 Platonis sententia diuidit animum in tres partes, τὸ λογι-  
 σικὸν, τὸ θυμοειδὲς, καὶ τὸ ὀπίσθυμονικόν, id est, in vim ratio-  
 cinandi, vim animosam & irascendi, & in vim appetendi:  
 Atque τὸ Φρόνησιν appellat δέσποτὸν λογιστικόν, τὸν δὲ πε-  
 ὅτην, καὶ αὐτοπειαν, δέσποτὸν θυμοειδόν, σωφροσύνην δὲ καὶ  
 ἐγκρατειαν, δέσποτὸν ὀπίσθυμονικόν: ὅλης δὲ τὸ ψυχὴς δέσποτὸς  
 εἶναι τὸ δικαιοούσιον καὶ τὸν ἐλεύθεροντο, καὶ τὸν μεταλοψυ-  
 χίαν. Cum ergo prudentia ad vim animosam: temperan-  
 tia vero & continentia eius sint animæ partis, cui cupiditas  
 tribuitur, virtutes: iustitia vero & liberalitas magnani-  
 mitasque totius ac integræ animæ virtutes: non verum uti-  
 que videtur, quod ait Philo, verum bonum (cuiusmodi vir-  
 tus est) non in omni parte animi collocari. Hoc autem ar-  
 gumentum contraria summi Philosophi auctoritate fultum  
 sic intelligendum existimo, ut nullo modo, quod Philo di-  
 xit, infirmet aut eleuet: quia Philo varias animæ diui-  
 siones à Philosophis traditas haud ignorans (diuiditur  
 enim anima in vegetabilem, sensientem, & rationalem, ut  
 docet Aristoteles lib. i. Ethic.) verum propriumque ho-  
 minis bonum in animi parte rationali collocandum ex-  
 istimauit. Cum enim homini tres operationes conueniant,  
 nimisrum viuere, sentire, cum ratione & intelligentia age-  
 re, ibi certè statuetur verum hominis bonum, ubi propria  
 est hominis operatio & peculiare munus eius. Sed pro-  
 prium hominis opus non est viuere, quia hoc ei cum stir-

pibus & plantis commune est. Ergo verum hominis bonum in anima vegetabili situm non est. Anima quidem vegetans tota materialis dicitur Philosophis: confertque ad conseruationem indiuidui, Nutriendo & Augendo, unde θρεψίη & αὔξηση vocatur. Confert etiam ad conseruationem speciei, Generando, vnde γένη nominatur. A Platone Πάτερνη in genere, ab Aristotele excellenter ζωὴ, quia primum vitæ gradum absoluit. Ista igitur vita vel anima, quam vegetatricem & vegetabilem & vegetatiuam appellant, non est hominis propria, ut iam ostendimus. Sed neque sentire proprium est hominis, quoniam hoc illi cum brutis commune est. Ergo nec in anima sentiente collocatum est verum hominis bonum. In ea igitur animi parte, quæ rationis est particeps, collocabitur, quia proprium hominis est opus, agere cum ratione intelligentiaque. Sed pars illa animæ, quæ ratione prædita est, duplex ab Aristotele statuitur lib. i. Ethicorum. Huius enim pars vna est, quæ cum ratione careat, rationi paret tamen, aut certè parere potest, vt vis irascendi & concupiscendi, τὸ ἡμοῦδές καὶ τὸ ὀπίσυμηνος: altera ratione vtitur, atque adeò rationem in se inclusam habet, quæ pars à Græcis ἡγεμονίκη, à Latinis Ratio & Mens appellatur: tametsi magis propriè Rationem quam Mentem dici debere existimant quidam melioris notæ Philosophi: cum præsertim (vt illi censem) Mens dicatur, quatenus ipsa per se spectatur, & à corporis societate libera in cognoscendo versatur: Ratio vero, quatenus cum reliquis animæ viribus coniuncta & copulata, totiq; homini consulens ad agendum conuersa est. His ergo rite perspis ac consideratis, nulla quidem meo iudicio inter Philonem & Aristotelem repugnantia inueniatur. Cum enim præstantior pars animæ imperat, inferiorque paret,

ac utræque inter se consentiant, tum virtus & omnis honestas in tota anima nascitur: ut Thcages Pythagoricus copiosè docuit. Sed de his copiosius & subtilius in Commentario.

### T E T R A S T I C H O N.

x x v i.

**V**Er tu qui gis<sup>t</sup> entre les deux extremes,  
Entre le plus & le moins qu'il ne faut,  
N'excede en rien, & rien ne luy defaut,  
D'autruy n'emprunte, & suffit à soimesmes.

### B I C A R T O N.

*Virtus, quæ mediū est vitiorū, & utriq; reductum,*  
*Inter plus aequo ponitur atque minus.*  
*Nec stat in excessu, nec quicquam defit eidem.*  
*Se contenta ipsa nil aliunde petit.*

### S C H O L I O N.

Passim docet Aristoteles, virtutem esse quādam *μεσότητα*, id est, inter duo extrema virtia mediocritatem, & (ut ita dicam cum Cicerone) medietatem, seu medium inter virtia. Η μὲν κακίας η το εργοληνή ἐλέσθις, η δρεπῆς, η μεσότητος, inquit Aristoteles lib. 2. Ethic. Id est, nimium & parum ad vitium pertinent: mediocritas ad virtutem. Et ibidem Virtutem definiens, Εἴτιν αἴτι, inquit, η δρεπῆς η το εργοληνή, ην μεσότητη θεα Τη περιηγίας, αναρμητάργων, καὶ οὐδὲ οὐδὲ φρόνημα οὐχίστε. μεσότητος η δύο κακῶν, της μὲν κακής το εργοληνή, η δρεπῆς ηττεσθις. καὶ έτι τῷ τοις μὲν εἰλείμενος, τοις δὲ το εργοληνής & δρεπῆς, έτε τοις

mātior, καὶ ἐν τῷ στρατεῖον. ἔτι δὲ εἰπεῖν τὸ μέσον καὶ δι-  
εξοικεῖν, καὶ αὐτοδάσας. Ia est, Ergo virtus, habitus ad con-  
silio agendi capiendum aptus & expeditus, in ea me-  
diocritate positus, quæ ad nos spectat, ratione definita, &  
ut prudens præscripserit. Mediocritas autem duorum vi-  
tiorum est: unius, quod ex nimio, alterius quod ex eo,  
quod parum est, oritur. Atque etiam idcirco mediocri-  
tas est, quod alia vitia deficiunt ab eo, quod fieri debet,  
tum in perturbationibus, tum in actionibus: alia supe-  
rant decorum modumque transeunt: virtus autem me-  
dium & inuenit, & sequitur. Vnde Horatius.

*Virtus est medium vitiorum, & utrumq; reductum:*  
Id est, ab utroq; extremo remotum, ut interpretes aiunt.  
Vbi & redactum legitur. Cæterum virtus præter se ipsam  
nihil sentit ad se pertinere, ut ait Cicero 5. Tuscul. Atque  
ut idem ait 5. de Finibus, virtus ad beatè vivendum se ipsa  
contenta est. Virtus enim beatam vitam efficit secundum  
Stoicos. Aristoteles tamen lib. i. Ethic. virtutem ἀνθεσέγασσην,  
id est, imperfectam & mancam appellat. Quia fieri potest,  
inquit, ut qui virtute sit præditus, aut dormiat, aut in tota  
vita nihil agat, & præterea maximis in malis & calamiti-  
tibus versetur. Eum autem, qui ita vivat, nemo (inquit)  
in beatis numerauerit. &c. Sed & hac de re copiosius in  
Commentario nostro.

## T E T R A S T I C H O N.

x x v i l.

**Q**UI te pourroit, Vertu, voir toute nue  
O qu'ardamment de toy seroit espris,  
Puis qu'en tout temps les plus rares esprits  
T'ont faict l'amour au trauers d'une nue.

## B I C A R T O N .

*Si quis te posset Virtus ô viuida nudam  
 Cernere, quanto effet captus amore cui,  
 Illustres cùm tot te animæ per nubila fuescant  
 Semper ut eximiam prosequi amore Deam?*

## S C H O L I O N .

Si ipsam honestatem (inquit Cicero lib. 5. de Finibus) vndeque perfectam & absolutam, rem unam præclarissimam omnium, maximèque laudandam penitus videremus, quoniam gaudio completemur, cùm tantopere eius adumbrata opinione latemur?

## T E T R A S T I C H O N .

x x v i i i .

*L E sage fils est du pere la ioye.  
 Donc si tu veux ce sage fils auoir,  
 Dresse le ieune au chemin du deuoir:  
 Mais ton exemple est la plus courte voye.*

## B I C A R T O N .

*Cordato patrium pertentant gaudia pectus  
 Nato: si talem filium habere cupis,  
 Officij tenerum doceas insistere calli,  
 Ex te virtutem discat & ille piam.*

## S C H O L I O N .

*Eὐδαίμονία τοῦτ' ἐστιν ὡς νοῦν ἔχειν, ἀλλὰ δυνάμενη καὶ πρότιμη  
 ἐστιν ἐγρῶδες μέτροι: prudens filius (inquit Menander)  
 patris felicitas est, filia verò patri onerosa possessio est.*

Et Salomon Proverb. 15. υἱὸς τοῦ φίλου δὲ φραγίδι πανεχαῖ-  
ται, filius sapiens exhilarat patrem. Et Proverb. 23. Πάτη  
μῶν τοῦ φίλου δὲ φραγίνεται ψυχὴ πατέρος, propter filium sa-  
pientem animus paternus lætitia afficitur. Dixit quoque  
Philo, τίκτων δέεται, δόξα πατέρων: Liberorum virtus  
patri gloriæ est. Parentes autem sobriè sancteque viue-  
rent in conspectu liberorum, qui parentes suos imitari  
solent, bonoq; eorum exemplo ad pulchritudinem virtutis  
amplexandam incitari. Quemadmodum lib. I. Aurearum  
educandę prolis institutionum abunde versibus ostendimus.

*Disce puer virtutem ex me, non umque labore me:  
vt Ascanium filium alloquitur AEneas. 12. AEneidos.*

### T E T R A S T I C H O N.

XXX.

*S*i tu es né, Enfant, de sage pere,  
Que ne suis tu le chemin ja batu?  
S'il n'est pas tel, que ne t'efforces tu  
En bien faisant courrir ce vitupere?

### B I C A R T O N.

*Si satus es prudente, puer, genitore, quid amens  
Non tritam insistis, quā decet ire, viam?  
Sin autem stolidus pater est, cur dedecus illud  
Non celare studes actibus ergo bonis?*

### S C H O L I O N.

*Τέκνα ἐν ἀπαθῇ ζωῇ τὰ αἰαστροφύλων ἔχοντα, τῷ ιδίῳ  
ψυχήτορων κρύψοι δυσκένειαν, vt ait sapiens ille Sirach.  
Liberi honeste vitam agentes suorum genitorum igno-*

bilitatem regent. Et igitur argumentum à disiunctis: vel sapiens pater est, vel non sapiens: immo stultus & amens. Si sapiens, igitur imitandus: si stultus & amens, aut parum prudens, ergo debes tute in studium virtutis incumbere, atque paterno dedecori obtegendo virtutum tuarum vela prætendere.

### T E T R A S T I C H O N.

x x x.

**C**E n'est pas peu, naissant d'un tige illustre,  
Eſtre esclaire par ſes antecelleurs.:  
Mais c'eſt bien plus luire à ſes ſuccelleurs,  
Que des ayeux ſeulement prendre luſtre.

### B I C A R T O N.

Non leuis, à claris duxiffe parentibus ortum,  
Res eſt, maiorum & nobilitate frui.  
Prælucere tamen virtute nepotibus, eſt plus,  
Quam ſolum à claris sumere lumen auis:

### S C H O L I O N.

Sostratus tibicen, cum ei parentum obscuritas à quodam obiiceretur, certe, inquit, Δέ τοῦ μᾶλλον ὥφελον θρα-  
ψάζειν, ὅτι αὐτὸς εὐεργέτης γένεται. Id eſt, ob id ip.ūm  
maiori eſsem admirationi tibi, quod. à me genus initium  
cepit. Vnde Cicero: Ego maioribus meis virtute mea  
præluxi. &c. Et Iphicrates tanquam ignobilis vituperatus,  
ἐγώ αἴρω, σὺ περὶ γένους, ego, genus, inquit, meum inchoabo.

Nam quid imaginibus, quid auitis fulta triūphis  
Atria profuerint, ſi tua vita labat,  
vt ait ille?

*Est sanè multum, claris natalibus ortum,  
Nec leue nobilibus patribus esse satum:  
Si tamen in peius labatur vita nepotum,  
Illi<sup>m</sup>orum vitio gloria parta ruit.  
Ne iactes igitur sublimia nomina stirpis,  
Sed decores morum nobilitate genus.  
Sic tibi nobilitas etiam præclarar<sup>m</sup> parentum  
Non leuis aeterni nominis auctor erit.*

Vt ait Herman<sup>o</sup> Nehemius bon<sup>o</sup> certè philosophus & poëta.

### T E T R A S T I C H O N.

X X X I.

*U*squ'au cercueil, mon fils, vueilles apprendre:  
Et tiens perdu le iour qui s'est passé,  
Si tu n'y as quelque chose amassé,  
Pour plus sçavant & plus sage te rendre.

### B I C A R T O N.

*Discito, nate, Atropos dum stamina diuidat aen,  
Atque tibi cunctum duc periisse diem,  
Quo nihil insomni studio quæsuerū, vnde  
Plus sapere, atque vnā doctior esse queas.*

### S C H O L I O N.

Seneca in Epistola quadam ad Lucilium, tam diu discēdum est, inquit, quām diu nescias, & si proverbio credimus, quām diu viuas. Certè Pomponius Iurisconsultus clarissimus in L. apud Julianum. D. de Fideicommissariis liber-

tatibus, Ego, inquit, discendi cupiditate (quam solam viuendi rationem optimam in octauum & septuagesimum annum etatis duxi) memori sum eius sententiæ, quam dixisse fertur Julianus: καὶ τὸν ἐπεργοῦ μίδα ἐν τῷ σωρῷ ἔχω, οὐσιαζεῖν τοις Βελούθοις, Id est, Etsi alterum pedem in sepulchro haberem, non me tamen pigeret aliquid addiscere. Notum est Catonis dictum, nota linea Apellæa, ex qua natum est proverbiū. Vnde Faustus Andrelinus non contemnendus poëta, tametsi facilitas eius in scribendo juniorum scholas sapere dicatur, inquit:

*Nulla dies abeat, quin linea ducta superfit.*

*Non decet ignavum preterisse diem.*

Ζεόντος δὲ φρεγέτως ποδὲ τῆς Δέρβου, ut ait Hippoanax:  
Id est nullum tibi tempus oiosum elabatur.

### T E T R A S T I C H O N.

x x x i i .

**L**e voyageur, qui hors du chemin erre,  
Et esgaré se perd dedans les boys,  
Au droit chemin remettre tu le dois,  
Et s'il est cheut, le releuer de terre.

### B I C A R T O N.

Denius in sylva siquando viator oberrat,  
Ignorans, heu! quae debeat ire via  
Erranti monstrare viam tu comiter illi  
Debes, & lapsum forte leuare manu.

### S C H O L I O N.

Publicas Atheniensium execrationes in eos fuisse, qui viam

erranti non monstrarent, docet Cicero libro tertio de Officiis. Et diuina lex non solum errantem viatorem reduci iubet in viam, sed etiam errantem bouem aut asinum, aliam ve pecudem inimici ad eum reduci præcipit: & eum execratur, qui cœcum errare aut impingere facit in itinere. ut videre est, Exodi cap. 23. Deuteronom. cap. 22. & 27.

*Homo (inquit Ennius) qui errati comiter monstrat viam  
Quasi lumen de suo lumine accendat, facit:  
Nihilominus ipsi lucet, cum illi accenderit.*

Et si videris asinum eius, qui te odit (inquit Dominus Exodi cap. 23.) sub onere iacentem non pertransibis, sed subleuabis cum eo.

### T E T R A S T I C H O N .

x x x i i .

*A Y me l'honneur plus que ta propre vie,  
I'entens l'honneur, qui consiste au devoir,  
Que rendre on doit, selon l'humain pouvoir,  
A Dieu, au Roy, aux Loix, à la Patrie.*

### B I C A R T O N .

*Mortalem vitam postpone libenter honori,  
Qui conseruando manat ab officio:  
Quod præstare omnes debent pro parte virili  
Usque Deo, & Regi, Legibus, & Patriæ.*

### S C H O L I O N .

Vita & fama æquiparantur, ut docet Marciānus in principio, L. 9. D. de Manumissis vindicta. Et viris bonis infamia metus maior quam mortis esse debet, ut ait Paulus in

L. 2. D. quod metus causa. Quare Statius lib. 5. Sylvarum, Priscillam Abascantii uxorem meritò commendans, inquit:

*Si Babylonis opes, Lydæ si pondera gaza,  
Indorumq; dares, Serumq;, Arabumq; potentes  
Divitias, mallet cum paupertate pudica  
Intemerata mori, vitamque impendere famæ.*

Et Indum illum celeberrimum sagittarium, qui dicebatur per annulum sagittam transmittere, cum eum artis suæ specimen dare iussisset Alexander, recusantem iratus intertici imperauit. Is autem cum ad supplicium duceretur, lictoribus cœpit dicere, multum temporis esse quod arcum in manus non sumpisset, & ne aberraret, pertinuisse: quibus auditis Alexander miratus, eum absoluī iussit, & cum muneribus dimisit, ὅτι μᾶλλον δεποδαρεῖν θεμένεν, ή τὸ δοξῆς αὐτῆς Θεοῦ φανῆναι, quod mori, quam gloria indignus videri mallet. Honor igitur & bona fama nobis vita ipsa charior esse debet. Ista namque vita quæ dicitur, mortalis est: sed bona fama immortalis. Αἰχθῆς ζωῆς (ut ait Sirach) δέιθμὸς ημερῶν, καὶ αἰχθὼν ὄνομα εἰς τὴν αἰώνα μένει, honitæ vitæ numerus dierum: & bonum nomen seu fama honesta æternū durat. Hinc Cicero pro Milone, Ex omnibus, inquit, præmiis virtutis, amplissimum est præmium gloria: quæ vitæ breuitatem posteritatis memoria consolatur: quæ etiam efficit, ut absentes adsimus, mortui viaamus: cuius gradibus etiam homines in Cœlum videntur ascendere. Hæc ille. Aristoteles autem lib. 1. Rætoricorum, Bonum nomen & existimationem (quam gloriam appellamus, τὸν δόξιαν Græci vocant) ea re constare dicit, si ab omnibus probi & studiosi habeantur: aut si tale aliquod ornementum in nobis eluccat, quoq; ab omnibus vel à pluribus desideretur: quodque à bonis vel à

prudentibus appetatur. οὐδοξία δὲ ἐστι, inquit, τὸ πάντων απόδαιών ἀπολημβάνεσθ, η̄ πεπτόν οὐ ἔχειν ψυχῆς ἐφίεντη η̄ οἱ πόλεις, η̄ οἱ ἀραζοὶ, η̄ οἱ Φρόνιμοι. Et si creditimus eo in loco Aristoteli, gloria differt ab honore. Υπὸ γέρεος ἐστιν, inquit, σημεῖον διεργεῖταις δόξης, Id est, honor enim est signum aut significatio eius opinionis, quæ de alicuius beneficentia, & liberalitate habetur. Nam eos (inquit Aristoteles) potissimum honoramus, qui iam in nos benefici extiterunt. Eos item, inquit, qui benefacere posse iudicantur. Omne verò beneficium, inquit, aut ad salutem & vitam eius, qui accipit, pertinet: aut ad incrementum diuitiarum, vel ad aliquod eorum bonorum, quæ facilè comparari non possunt: siue illa in se magna sunt, siue habita loci & temporis ratione, grandia. Incident enim plerunque causæ, inquit, ut aliquibus vel ob minimi acceptam beneficij gratiam plurimum debere fatemur: quia beneficia non magnitudine tantum, sed genere & occasione pensantur. Iam verò partes honoris (inquit Aristoteles ibidem) sunt sacrificia, monumenta, commemorationes, tam carmine, quam ratione alia celebratæ, præmia, dona, munera, delubra, præsidentiæ, sepulturæ, imagines, publica alimenta, & barbaricæ illæ afflentationes, adoratio, admiratio, &c. Quid ergo per honorem intelligit Pibracius? certè non Υπὸ illam Aristotelicam, sed τὴν οὐδοξίαν, bonum nempe nomen & existimationem, quam gloriam dicimus: & quam indubie consequimur, ita ut ab omnibus probi & studiosi habeamur, si erga Deum, Regem, Leges & patriam officii munus excipi & tuerinos intelligent. Interca non abiiciamus animum, si partes illas τὴν Υπὸ seu honoris ab Aristotele commemoratas indignis tribui videamus, sicuti quotidie videmus. Permulti enim reperiuntur, quos omnes, vel certè boni &

prudentes viri probos & summis virtutibus atq; doctrina singulari ornatos esse non dubitant, & tamen nulla ipsorum haberet ratio, neque aliquid iis tribuitur, quod sit eorum beneficentia signum, & argumentum honoris, quem merentur, immo iacent contempti derelictique, & pene fame dispereunt. Ista interim signa, quæ appellantur honores, defruntur iis, qui non solum habentur imperiti, nullaque virtute præditi, sed iis etiam imbuti sunt & obruti perditique sceleribus, quæ omnes, vel plures, vel boni maximè horrescunt, detestantur, fugiunt. Sed & hac de re plura in Commentario. Hoc vnum addo, & mecum philosophādo verè dico, Pibracium honoris appellatione non Timen illam Aristoteleam, ut paulò antè dixi, sed τὴν ἀδόξιαν, immo ipsam honestatem, cui honor, auctore Aristotle, ceu præmium debetur, intelligere. Hoc autē perspicuè docet Pibracius, dum ait se honorem eum innuere, qui in officiis munere erga Deum, Regem, leges & patriā (cuius legib⁹ piis & rectis obtéperandum est) exequendo versetur.

### T E T R A S T I C H O N.

xxxiiii.

*C*E que tu peux maintenant, ne differe  
*A*u lendemain, comme les paresseux:  
*E*t gardaussi que tu ne sois de ceux  
*Q*ui par autruy font ce qu'ils pourroient faire.

### B. I C A R T O N.

*Quod iam nunc potes, in lucem differre sequentem*  
*Noli: turba isthuc desidiosa facit.*  
*Hunc neque tu sectere, piger qui mandat agendas*  
*Res aliis, cura quas gerat ipse leui.*

## SCHOLION.

τὸν αὐτὸν μέλλειν (vt Democritus dicebat) ἀπελέας πιεῖ τὰς πηγῆς, Id est, perpetua cunctatio reddit actiones imperficias. Vnde recte Lucanus:

*Tolle moras, semper nocuit differre paratis.*

Et illud urbanum:

*Cras dabo, non hodie: sic nego quoddie.*

Pers. Satyr. 5.

*Cras hoc fiet. Idem cras fiet. Quid? quasi magnum  
Nempe diem donas! Sed cum lux altera venit,  
Iam cras hesternum consumpsimus: ecce aliud cras  
Egerit hos annos, & semper paulū erit ultra. &c.*

περφασίζεται καὶ λέγει ὁ κυνικὸς, λέων ἐν τοῖς ὁδοῖς, εἰ δὲ τοῖς οὐλαπίαις φουστά, vt ait sapiens: Id est: causatur & dicit piger, leonem esse in viis, & in vicis grassatores. Illud certè ab Euripide verè pronunciatum,

*Τὰ χρήστα πεισάμεθα καὶ γεγνάσκομεν,  
Οὐκ ἔκπονομεν δὲ οἱ μὲν δέργιαις ὑπό<sup>τ</sup>  
Οἱ δὲ ηδονίων πεζέταις αὖτε δὲ καλῶ.*

Id est: quæ bona sunt scimus & cognoscimus, sed operenon facimus: alii propter pigritam, alii voluptatem honestati præferentes. Martialis:

*Cras te victurum, cras dicas Posthume semper.*

*Dic mihi cras istud, Posthume, quando venit?  
Quām longē cras istud? ubi est? aut unde petēdum?  
Nunquid apud Parthos Armeniosque latet?  
Iam cras istud habet Priami vel Nestoris annos.*

*Cras istud quanti dic mihi poscit emi?  
Cras vives: hodie iam viuere, Posthume, serum est.  
Ille sapit, quisquis, Posthume, vixit heri.*

Audi me fili, & ne spernas me: præbe te promptum in omni negotio, in omnibus operibus tuis esto velox, ait Ecclesiasticus cap. 31. certe verum est, quod ait Manilius,

*Mora saepe malorum      Dat caussas.*

Prodest tamen interdum. Ouid.

*Differ, habent paruae commoda magna moræ.*

Vnde Seneca:

*Proinde quicquid est, da spatiū & tempus tibi,  
Quod ratio nequit, saepe sanauit mora.*

Vide Erasmus in Adagio, Canis festinans cæcos parit catulos. Et in Adagio festina lentè. Quo quidem ostenditur, oportere maturitatem quandam ac moderationem simul ex vigilantia lentitudineque temperatam esse, vt neque per temeritatem quicquam faciamus pœnitendum, neque per sordidam quicquam prætereamus, quod ad nostrum & Reipublicæ commodum pertinere videatur.

### T E T R A S T I C H O N.

x x x v.

**H**Ante les bons, des meschans ne t'accointe,  
Et mesmement en la ienne saison,  
Que l'appetit, pour forcer la raison,  
Arme nos sens d'une brûcale pointe.

## B I C A R T O N.

*Cum bene moratis versare, malosque relinque,  
Præsertim etatis flore virente tua:  
Effera cum sensus bruto mucrone libida  
Armat, uti palmam de ratione ferat.*

## S C H O L I O N.

Φιλεῖ πέδος τὰς αἰναροφάς τὰ ἦγη ρύθμωντες, ut ait Chrysostomus: Id est, solent ad rationem conuersationis conuentum mores componi & formari. Vnde Salomon proverb. 13. ὁ συμπεριόμενος οὐ φῶς, οὐ φῶς ἐστε. Id est, qui cum sapientibus congregatur, sapiens euadet. Et Basilius, Βλασφεμεῖ, inquit, καὶ πέδος τὰς κακῶνς συνεπάγει. ὡς γὰρ εἰ τοῖς νοοποίοις χωρίοις καὶ μέροις αἰσαπεμπόμενοι ὁ ἀνθρακός τοις νόσοις νόσοι τοῖς ἐνδιαιτώμενοις ἐναποτίθησιν: Στρατηγὸς τοὺς τὰς φαῦλας συνεσία μετέσλα κακὰ τὰς ψυχῆς ἐν αἴφησι, καὶ τὸ πρᾶγμα σύμβολο τὸ Βλασφεμὸν Διαφορή γη. Id est perniciose sunt malorum congregations. Ut enim in pestilentibus locis paulatim aëris immisius morbum occultè illic degentibus immittit: sic improborum consuetudo multa mala importat, etiam si calamitas in præsentia videndi sensum effugiat. διὸ καὶ τὰς γένεις οἱ πατέρες (ut ait Xenophon Απομνημονεύματα. a.) καὶ ὡς σώφρονες, ὅμως διπλὸν τὸ πονηρῶν αἰνθράκων εὔρυκτον, ὡς τὸ μὲν τὸ λευκὸν ὄμηλον, ἀσκητὸν δόσιν τὸ δρεπῆς. τέλος δὲ τῶν πονηρῶν, κατέλυσιν, μαρτυρεῖ καὶ τὸ ποιητῶν, ὅτε λεγοντο-

ἐσθλῶν μὲν γὰρ αἴτιον ἐσθλὰ διδάχειν, λιγὸν δὲ κακῶν  
συμμεχθῆς, διπολεῖς καὶ τὸν ἔσοντα γόνον.

Id est, Itaque patres filios suos, quamvis modesti sint ac sobrii, arcent tamen ab improbis & sceleratis hominibus, vel prohibent eos consuetudine improborum: quasi bono-

rum commercium ac consuetudo virtutis sit exercitatio, malorum autem, perditio & cuersio. Testatur id esse verum etiam ex poetis & is qui dicit (Theognis scilicet) bona quidem disces à bonis : si verò malis te misceas, amittes etiam insitam mentem. Norandum est autem, quod ait Pibracius, Appetitum in iuuenili ætate sensus armare bruto quodam mucrone, ut de ratione possit triumphare. Hac enim a tate semper existimauit Aristoteles hominem parum discrepare à bellua. Ideoque lib. i. Ethicorum ait pueros non reuera, sed spe tantum beatos appellari, quod possint beati euadere, cùm primùm per ætatem operari cœperint & agere secundum virtutem. Quamuis enim pueri non carant ratione, tamen propter ætatis imbecillitatem, eā nondum vti queunt. Immò appetitu feruntur potius quam ratione. Eam ob rem negat Aristoteles pueros & iuuenes ciuilis scientiæ idoneos esse auditores, quia virtutis præcepta ad actionem reuocare nequeunt. Sed duo genera iuuenum constituit. Alios enim ætate, alios moribus esse iuuenes affirmat. Άλεξανδρός, inquit, νέος τὸν ηλικίαν, οὐ τὸν γένος νεαρός. Id est, ætate autem sit iuuenis, an moribus nouis & rudi, nihil refert.

## T E T R A S T I C H O N.

## X X X V I.

**Q**Uand au chemin fourchu de ces deux Da-  
mes

Tu te verras comme Alcide semond,  
Suy celle là qui par vn aspre mont  
Te guide au Ciel loin des plaisirs infames.

## B I C A R T O N .

*Si quando incideris, veluti Tyrinthius heros,  
In biuum, Virtus quod tenet atque Volup:  
Virtutem comitare per aspera montis ituram  
In cælum, quo te ducet, ut vsque beet.*

## S C H O L I O N .

Hercules Iouis satu editus , cùm primum pubesceret (quod tempus à natura , vt ait Cicero lib. i. de Officiis, ad deligendum quam quisque viam viuendi sit ingressurus, datum est) exiit in solitudinem, atque ibi sedens diu secum multumque dubitauit, cùm duas cerneret vias , vnam Voluptatis, alteram Virtutis, utram ingredi melius esset. Sed hanc fabulam perquam facetam & iucundam copiosè relatam à sapiente Prodigio apud Xenophontem videoas Απομνημονεύματων. B. Ceterum Volup , pro Voluptate dicebant antiqui. Plautus Casina : facite animo vestro volup. Hesiodus autem ἐν ἔργοις , tradit viam esse longam & arduam, qua ad virtutem tendit: quam postea etiam facilem esse dicit, quia virtus eget magno labore & longo tempore, eamque, post acquisitionem, dulcem & promptam sentimus. Vnde ille:

Τῆς δὲ σελῆς οἰδη τὸν πάρεστεν ἔθηκα  
Αθαίνατο. μαχρὸς δὲ καὶ ὅρθι οἷμος ἐπ' αὐτοῖς  
Καὶ τεγχὺς τὸ πέπτον. επίλιον δὲ εἰς ἄκρους ἵκηται,  
Ρηϊδήη δὲ ἡ πειζό πέλε, καλεπήπερ ἔστα.

Id est, ante virtutem Di immortales sudorem posuerunt. Longa verò & ardua atque aspera principio est ad ipsam via. cùm autem in cacumen venerit aliquis, sit facilis deinceps, quantumvis difficilis fuerit. Tzetzes autem Græcus

scholiastes scribit, Cointhum quoque finxisse virtutem in alto quodam & salebroso colle super palmam arborem consistere: quo figmento etiam ipse voluit innuere, virtutem omnino difficultem & laboriosam esse.

### T E T R A S T I C H O N .

x x x v i i .

**N**e mets ton pied au trauers de la voye  
Du pauvre aveugle, & d'un piquat propos  
De l'homme mort ne trouble le repos:  
Et du malheur d'autrui ne fay ta ioye.

### B I C A R T O N .

*Ne pede transuerso facias procumbere cæcum  
Extinctos iterum nec tua lingua necet.  
Nulla in defunctos vitâ conuicia funde,  
Nulla ex alterius gaudia carpe malis.*

### S C H O L I O N .

Dirus & execrandus is est, qui cæcum errare aut impingere facit in itinere. Deuteronom. cap. 27. Imitandus Iobus, qui cap. 29. inquit, Fui oculus cæco, & vice pedum clando. Porro autem vitâ defunctos insectari ac lacerare, nefas esse ducit Pibracius. Vnde Ulysses Homerius de procis extinctis,

*Oυχ ὅσιη χλαμένοις ἐπ' αὐτόποιον διχεῖγαδε, Οδυσσ. x.*  
Id est, nefas est mortuis viris insultare. Vulgata interpretatio Henrico Stephano ineptissima visa est. Talis autem est: Non pietas imperfectis in viris orare. Nescio, quo modo Ioannes Spôdanus explanauit. Non enim habebam,

cum hæc scriberem, cum inco certans typographo, atque aliis pluribus operosis negotiis implicatus. Cæterum vide Erasnum in quatuor his Adagiis, Mortuos iugulare: Mortuis non conuiciandum: Mortuos rursus occidere: Mortuum flagellas. Vide præterea Iunium in Adagio, Cum Protogene mortuo bellum geris. His adde quæ dixit Chilo, τὸν πλαθυκότα μὴ κακολόγῳ. Id est, ne defunctum maledictis afficias. Immo AEschylus inquit: καὶ τὰς θεούς εἰς θέλησι δεργετεῖν, τὸ γὰρ κακοργεῖν αἱμαφιδεξίας ἔχει. οἵμων γε μὲν τοι νέμεσις ἐστιν ὑπερέσσα, καὶ τὸ θεούντο ηδίκη πεισσος κόστον. Id est, mortuos etiam si libet beneficiis prosequere. Illis enim iniuriam inferre facile est. Nobis tamen superior est Nemesis, & mortuum iustitia vindicat. Κενὸν θεούτας αὐτὸς αὐτῆς τοιαῦν (ut dixit Moschio) ζῶντας κολάζειν, οὐ θεούς δυσεῖν. Id est, umbram hominis mortui affigere vanum & temerarium est. viuos castigare non mortuos addecet. Quantum attinet ad alienas calamitates, ob eas certè nemo lamentari debet. Ait enim Isocrates, μηδὲν τοι φοβάσθαι οὐειδίοντς, καὶ τὴν οὐδὲ η τύχη, καὶ τὸ μέλλον αἰσχετον, nulli calamitatem obiecceris, communis enim fortuna est, & quid futurum sit, non liquet. Vnde Euripides inquit, ταῖς συμφοραῖς οὐ τῶν κακῶν πεισαγότων οὐ πάποθ. οὐδεισ οὐρανῶν πατεῖν, nunquam, inquit, hominum infortunatorum calamitatibus insultavi, metuentes ne quid etiam ipse patiar. Hinc Ouidius in maledicuum,

*Quætibi res animos in me facit improbe, cur ve  
Casibus insultas, quos potes ipse pati?  
Non metuis dubio fortunæstantis in orbe  
Numen, exosæ verba superba Deæ?  
Exiger at dignas vltrix Rhamnusia pænas,*

*Imposito calcas quod mea facta pede.  
Vidi ego naufragiumq; viros & in aquore mergi,  
Et nunquam dixi, iustior vnda fuit.  
Uilia qui quondam miseris alimenta negarat,  
Nunc mendicato pascitur ille cibo.  
Pascibus ambiguis fortuna volubilis errat,  
Et manet in nullo certa tenaxque loco. &c.*

Lib. 5. Trist. Eleg. 9. Idem Ouidius Eleg. 11. lib. 3. Trist. non esse mortuis insultandum ostendit:

*No sum, qui fuerā, quid inanem proteris umbram?  
Quid cinerem saxis bustaque nostra petis?  
Quid simulachra ferox dictis incendis amaris?  
Parce precor manes sollicitare meos.*

Solon etiam, teste Plutarcho, prohibuit in defunctos conuicia & maledicta coniici. Neq; iure communi accusari possunt mortui. Can. admonere. 33. q. 2. can. quorundam. 33. distinct. Quia crimina reorum morte extinguntur. l. 1. 2. & fin. C. si reus vel accusat. mor. fuer. Sunt tamen nonnulla crimina, ob quæ etiam in mortuos iudicium exercetur, & eorum bona deferuntur in ærarium: velut in criminis læsæ maiestatis, repetundarum, peculatus, hæreseos, desertæ militiae & aliis, de quibus vide gloss. in l. ex iudiciorum. D. de accusat. Et gloss. in l. 1. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. Et ibidem vide Gothofredum.

#### T E T R A S T I C H O N .    XXXVIII.

*E N ton parler sois tous-iours véritable,  
Soit qu'il te faille en tesmoignage ouir,  
Soit que par fois tu vueilles resouir.  
D'un gay propos tes hostes à la table.*

## B I C A R T O N.

*Seu quid testaris, conuiuas siue facetis  
 Dulcibus & dictis exhilarare paras,  
 Vera refer semper, mendacia defuge vana:  
 Horum quippe Satan dicitur esse pater.*

## S C H O L I O N.

Diabolus mendacii pater dicitur, Ioan. Euang. cap. 8. Et Porphyrius de Dæmonibus malisque spiritibus loquens, οὐ ποτε παραγόμενος, inquit, πᾶσα γοῦπα, καὶ δηλατηρίῳ ψεύδεται πόντος αἰκεσιον. Id est, ab his omnes præstigiæ, omnis fallacia, fraus, error, circumscriptio proficiscitur: horum enim proprium est mendacium. Dicebat Democritus, ἀληθευτὸν διενέχειν, ὅπερ λαλῶν, verum esse dicendum ubi id præstat. Et Diphilus, παραγόμενος, inquit, τῷ ψεύδεται δῆτι σωματικὴ λεγόμενον, διὸν πεποιηθεῖσαν δυχερέσ, id est, existimo mendacium salutis causâ prolatum, nihil adferre mali. Sophocles, ὅτως δὲ λεφθεὶς δεινὸν ηὔλυτον ἔχει, αὐγήσεις εἶται οὐκέτι μη καλόν, id est, Cui veritas diram affert perniciem, huic danda venia est, licet inhonesta loquenti. Plato quoq; putat Reipublicæ causa licere viro bono aliquando mentiri. Et M. Tullius in lib. de Officiis, id tantum mendacii genus damnare videtur, quando quis emolumenti caussa mentitur. Certè D. Augustinus omne mendacium peccatum esse dicit, nec homini Christiano concessum arbitratur. Vide eundem in Enchiridio ad Laurentium, cap. 18. & ibi Danæum. Mendacium autem ut cap. 12. lib. ad Consentium definit Augustinus, est falsa significatio vocis cum intentione fallendi. Itaque inter hæc duo, mendacium siue falsum dicere, & mentiri plurimum interest: cum falsum dicere sæpe ex

ignorantia bono viro contingat: mentiri autem nunquam. Quia in mentiendo mala conscientia & animi intentio inest aperte, cum non ignoret qui mentitur, se mentiri, id est, aliud se dicere & enunciare, quam quod credit & putat esse verum, ut docet Augustinus, & ante illum Chrysippus Stoicus, ut est apud Gellium libr. 11. cap. 15. Vide Nonium Marcellum in verbo, Mentiri.

## T E T R A S T I C H O N.

x x x i x.

LA vérité d'un Cube droit se forme,  
Cube contraire au leger mouvement:  
Son plan quarré iamais ne se dément,  
Et en tout sens a tous-iours mesme forme.

## B I C A R T O N.

Quod verum est, verè cubum similare fatemur  
Prorsus abhorrentem mobilitate leui.  
Ex omni latere est illi quadrata figura,  
Usque sibi constat, consimilisque sibi est.

## S C H O L I O N.

Kv<sup>6</sup>o, Cubus figura est solida vnde quadrata. Vel ut ait Vitruvius in præfatione lib. 5. Cubus, est corpus ex sex lateribus æquali latitudine planitierum per quadratum. Is cum est iactus, quam in partem incubuit, dum est intactus, immotam habet stabilitatem: vti sunt etiam tesserae, quas in alveolo ludentes iacent. Hæc ille. Quid ergo per Cubum intelligat Pibracius, rogas? Certè quidem corpus solidum, in quo eiusmodi figura ab omni latere quadrata conspicu-

tur, intelligit. Quænam ergo veritatis cum Cubo similitudo sit, dubitas? Audi SVIDAM: Ερμῆ, inquit, πῶποι γὰρ διὸς λέγεται καὶ μείας, εἰσον τοῦ νῦν καὶ τοῦ Φρονήσεως. ἐκ νῦν γὰρ οὐ Φρονήσεως ἀλλὰ τοῦ λόγου φύσεως. Καὶ τοῦτο καὶ πλερωτὸν αὐτὸν ποιοῦντιν ἡ τέχνη. Σδέν γέροντος τεχνίτην τοῦ Φρονήσεως. Καὶ μηδέποτε πλερότερον. πάνταν δὲ τεχνίτην αὐτὸν ἐργάζονταν, Καὶ τὸ μη γνωστόντεν τοῦ λόγου. Καὶ λακοῦ περιέγνωντον αὐτὸν ποιοῦντιν, Καὶ τὸν σερρότητα τοῦ ἀληθοῦς λόγου. &c. Quæ verba doctissimas ille vir Hieronymus Volius ita vertit: Mercurium filium esse dicunt Iouis & Maiæ, quasi Mantis & prudentiae dicas: unde oritur oratio: quam, propter celeritatem, faciunt volucrem. nihil est enim ea velocius: & Homerus alata verba dicit. Fingunt eum adolescentulum, quod non siccavit oratio: atque etiam quadrangulum, ob veri sermonis firmitatem & constantiam. Veritas enim undecunq; sui similis est: mendacium vero varium est, ac multiplex, secumque ipsum minime consentit. Hæc ille. Iam nosse potes, quid hoc Tetrasicho innuere voluit Pibracius. Notabis interim Mercurium, quem Eloquentiae Deum antiquitas finxit, cundem quoque veritatis antistitem existimat, ut docet Suidas, & scholiastes Thucydidis restatur. Ut hinc intelligamus eloquentiam à veritate diuelli separarique non debere, nec posse, quicquid non vere dicat, eum nec bene posse dicere. Sicut autem veritas, sic etiam iustitia parens veritatis quadrata fingitur. Vnde Clemens: ὡς ἔοικεν η̄ διηγοσσών τετράγονον Θεοῖν, ιον καὶ ὄμοια, οὐ λόγῳ, οὐ ἐργῷ, οὐ διπολῇ κακῶν, οὐ διπολᾳ, οὐ τετραπλῃ γνωσικῇ, οὐδαμῇ οὐδαμῷ χωλύσσοντα, οὐ μὴ ἀδίκος καὶ αἵμος Φανῆ. Id est: iustitia, ut apparent, quadrata est, par & similis in verbo & opere, in malorum abstinentia in beneficentia, in perfectione erudita, nusquam vlla ex parte claudicans, ut ne iniusta & inæqualis, videatur.

## TETRASTICHON.

X L.

**L**'Oyseleur caut se sert du doux ramage  
Des oisillons, & contrefait leur chant:  
Aussi (pour mieux decevoir) le meschant  
Des gens de bien imite le langage.

## BICARTON.

*Sylvestres volucrum cantus vafer exprimit auceps,  
Effingitque auium, qua valet arte, sonos.  
Sic impostores imitantur verba bonorum,  
Incautos ista fallere vt arte queant.*

## SCHOLION.

*λαθάνετος μονεμία* (vt ait Basilius) τὸ προκεκηρυγμένος  
*βλασφημία*, id est, occulta malitia est perniciösior,  
aperta. Fugiendi sunt igitur impostores isti ac im-  
portuni adulatores: qui, vt ait D. Paulus cap. vlt. ad Ro-  
manos, οἵ τις γενσολογίας καὶ διλογίας ἐχαπτῶσ  
τοὺς καρδίας τὸν αἰσθάνων, Id est, orationis blandimen-  
tis benéque dictis hominum minimè malorum cor-  
da seducunt & decipiunt. Ilos porrò homines fraudulen-  
tos, recte personatos dixeris, qui officiis sutelis-ve, aliud  
omnino quam sint, præferunt, hominibus sublinentes ora-  
quique, vt Seneca eleganter ait, personam malunt, quam  
faciem. Et magna quidem istis similitudo est cum aquis  
illis mortiferis, quæ (vt ait Seneca Nat. quæst. lib. 3.) nec sunt  
odore notabiles nec sapore. Atq; vt ibidem Seneca scribit,  
Circa Nonacrin in Arcadia Styx appellata ab incolis,  
aduenas fallit: quia non facie, non odore suspecta est:

qualia sunt magnorum artificum venena, quæ deprehendi nisi morte non possunt. Homo (vt ait Salomon Proverb. 29.) qui blandis fictisque sermonibus affatur amicum suum, expandit rete gressibus eius. Ob eamq; caussam rectè monetauctor illius libelli, qui Catonis nomine circumfertur.

*Noli homines blando nimium sermone probare:*

*Fistula dulce canit, volucrem dum decipit auceps.*

Non hic recēsebo quæ scribit vetus ille scholiastes Catonis. Lege Lector & ridebis. Sepulchrum patens est guttur eorū, linguis suis dolosè blandiuntur, cor eorum fraudulentum est, vt ait Regius Propheta Psal.5. Sicut enim apertum sepulchrum expectat cadauer, quod conficiat & exedat, vt ait interpres: sic isti blandiloquentia sua eo tendunt, vt pelleatos ad se perdant & subuertant.

### T E T R A S T I C H O N.

#### L X I.

*C*E qu'en secret l'on t'a dit, né renuele.

*Des faits d'autrui ne sois trop enquerant.*

*Le curieux volontiers tous-jours ment*

*L'autre merite estre dit infidele,*

### B I C A R T O N.

*Arcanum tege commissum : commissa tacere*

*Qui nequit, infidus iure vocandus erit.*

*Facta nec inquiras curis aliena profanis:*

*Nam Polypragmosyne spargere falsa solet.*

### S C H O L I O N.

Anaxandrides olim dicebat, Οὐσὶς λόγος ἀρχαὶ τοῖς πολεμίοις

λαζῶν Εξεῖπεν, ἀδικός εἶν, η ἀκρατής αγασ. Ο μὲν Διὸς  
κέρδος, ἀδικος. ο δὲ τέττα δίχα, Ακρατίς. ιως δέ γ' εἰπεν  
ἀμφότεροι κακοί. Id est, qui commissum sibi instar depositi  
sermonem euulgat, iniustus est, aut valde impotens  
& garrulus: iniustus autem si lucri spe id faciat: sin abiç;  
luero, garrulus: æquè autem malus vterque est. Dixitq;  
Chrysostomus, permultos esse, qui cum aliquid arcani  
enunciarint, hortantur auditorem, & iureirando adiungunt,  
ne cuiquam alteri enunciet, eo ipso significantes rem à se  
factam accusatione esse dignam. εἰ δοῦλοι εἰπεῖν ἐτέρῳ τῷ συγκαλεῖσ, πολὺ μᾶλλον σὲ πρότερον  
τέττα γύναι εἰπεῖν τοι εξελū, Id est, Si enim illum hortaris,  
vt nemini enunciet, multo magis te decebat illa non enun-  
ciasse. Vnde Horatius:

*commissa tacere*

*Qua nequit, hic niger est, huc tu Romane caueto.*  
Idem: *Arcanum neq; tu scrutaberis ullius unquam,*  
*Commissumq; teges, & vino tortus & ira.*

Sed quis sermo verè arcanus sit, Rogas? Audi Rhodigium cap. 5. lib. 13. sic loquentem: Evidet (inquit) sicuti monas, id est, unitas suos minimè limites egreditur, sed omnino unum perseverat, manetque: vnde & monadi nomen inditum. Dyas vero, id est, dualitas principium est differentiatione indefinitum: statim enim à se deficit, duplicatione in multitudinem abiens. Consummatione sermo ab uno primoque non recedens verè arcanus est, ac dicitur. At si alteri communicetur, iam famæ ordinem subit. Nam poëta nobilis ἐπαπλεόεντα, id est, verbâ esse dixit alata volantiaque. Nauem quidem ventis abreptam anchoris infrænamus ad rapiditatis hebetandam vim. Sermo ex ore, velut portu excurrentis, stationem nanciscitur nullam: neque (ve-

Græci dicunt) ἀγκυροσόλεον, id est, anchoræ iactum. Frustra succinueris cōmunem futilium locutileorum ēπωδῶν, dum verbis humidis & lapsantibus defluunt : Hæc nemini dixeris, sile, apud te sint ista &c. Hæc ille. Pibracius autem noster eum, qui arcanum sibi cōmissum non tegit, infidum vocat aut perfidum: quoniam (vt est apud Ecclesiasticum cap. 27.) qui denudat arcana amici, fidem perdit, nec amicum pro animi voto inueniet. Hic igitur emergit quæstio, an liceat alicui commissa sibi arcana reuelare? & an sacerdos arcana alterius confessionem sibi factam celare semper debeat? Sed his copiosè respondemus in ampliore commentario nostro. Certè. D. Thomas, Hostiensis, & Innocentius existimant, sacerdotem debere confessionem celare. Si tamen aliquis (vt ait Thomas) secreti quippiam audiuerit, quod vel in multitudinis corruptelam & ruinam, vel etiam in graue damnum alicuius personæ vergat tendatque, non solum potest, sed etiam debet arcanum sibi commissum detegre, seruatis circumstantiis: alioqui frangeret fidem, quam alteri debet. Quantum attinet ad πλυπταγμοσύνην seu curiositatem, vitiosa quidem illa est & perniciosa. οὐ γέρειν αὐθεωπον τές αἰλοτείς πλυπταγμονεύει. Κίτιος, τὸ οἰκεῖος θημεληθῆναι ποτε ζωῆς. ut ait Chrysostomus. οὐδὲ πατρὸς (inquit) αὐτῷ πάσιν εἰς τὰς εἰέρων πλυπταγμοσύνην αἰσχυνομένης αἰάγκη τὰ αὐτὸς αἰσθῶς κεῖδην καὶ ημελημένως. Id est, fieri enim non potest, ut qui alienam vitam curiosè inspicit, suam unquam recte curet. Cum enim in alienorum curiosa animaduersione omne studium consumat, necesse est ipsius res negligi & iacere. Germana porrò inter se vitia sunt curiositas & garrulitas. Vnde Horatius:

. Percontatorem fugito, quia garrulus idem est.

Et quia Curiosus nemo est, quin sit maleuolus,  
ut ait Plautus, idcirco dicit Pibracius, curiosos istos vitro-  
mentiri, quia cum sint natura maleuoli, percontando &  
exquirendo aliena negotia, falsos rumores dissipant. Quo-  
circa ultimus Tetraastichi huiuscem versus non male statui  
poterit vel iste:

*Percomatores spargere falsa solent.*

### T E T R A S T I C H O N.

#### X L I I.

**F**ay poies gal, & loyale mesure,  
Quand tu deurois de nul estre apperçeu:  
Mais le plaisir que tu auras reçeu,  
Rends le tous-iours avecques quelque vſure.

### B I C A R T O N.

Pende pari librâ res, & mensura fit aqua.

Quanvis te nemo viderit, illud agas.

Fœnore tuque aliquo semper benefactare pende,

Si potes: Ascræns sic iubet ille senex.

### S C H O L I O N.

Ait enim Hesiodus,

Εὖ μὲν μετεῖδε τὸ δῆγα γάινον Θ., δὲ δὲ ποδουματ

Αὐτῷ τῷ μέτεω, νοὶ λαϊον, αἷκε διύηται,

Ος αὐτὴν τῷ νοῇ εἰς ὑστερον ἀρχειον δίγεις.

Id est, recta quidem mensura à vicino mutuum accipe,  
rectaque redde eadem mensura & amplius, si modo possis:  
ut indigas & in posterum promptum inuenias. Hinc Cic,  
lib. i. de Officiis, Si referenda sit, inquit, gratia, maior quæ-  
dam cura adhibenda est. Quod si ea quæ acceperis vtenda  
maiore mensura (si modo possis) iubet reddere Hesiodus:

quidnam beneficio prouocati facere debemus? An non imitari agros fertiles, qui multo plus afferunt, quam accep- perunt? &c. Et in Bruto: Quanquam illud Hesiodum (inquit) laudatur à doctis, quod eadem mensura reddere iubet, quā acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Ego autem voluntatem tibi profectò emetiar, sed rem ipsam nondum posse videor. &c. Ingratus est, qui beneficium reddit sine usura, inquit Seneca Epist. 81. Cæterū mensuræ & pondera æqua esse debent, ut iura ciuilia & Pontificia decernunt atque adeò diuina, Leuit. 19. Deuteron. 25. Proverb. 20. Ezechielis. 20. Oseæ. cap. 12. Micheæ. cap. 6. Carolus. 5. Imperator in constitutione causarum capitallum, habita in comitiis Augustæ art. 113. statuit, ut falsas mensuras dolo habens, hisque solitus vti, etiam morte plectatur. Et iure Saxonum (ut tradidit Vesembec) qui fecerint falsas mensuras, fustigantur: & qui tantum usi sint, relegantur, aut arbitriè puniuntur. Qui autem pondera & mensuras lucri causa mutauerint, aut corruperint, iure Canonico coguntur 30. dies in aqua & pone pœnitentiam agere. c. 2. de Emption. apud Gregorium. Et si pœnitentiam agere noluerint, possunt excommunicari, à cetuque piorum arceri ac abigi, secundum Abbat. ibi. Iure vero ciuili corrumpens pondera & mensuras, punitur L. Cornel. de Fals. & in insulam relegatur. Textus est in L. penult. D. de Fals. & in L. anonam. §. Fin. D. de extraord. criminib. L. arbitrio. §. de eo. D. de dolo. Est tamen in arbitrio contrahentium, quibus ponderibus & mensuris vti velint. Prædictæ namque pœnæ intelligendæ sunt, quando in ponderibus & mensuris deceptionis animus est (ut loquitur Iuris consultus) & qui decipitur, arbitratur communi pondere & mensura negotium geri. Alioqui si conueniat de mensura, nihil interest, qualis ea sit. Quibus enim mensuris aut

pretiis negotiatores vina comparent, in contrahentium potestate est. L. Imperatores. 71. D. de contrahenda emptione. Neq; enim (vt ibidem ait Iurisconsultus) quisquam cogitur vēdere, si aut pretium, aut mensura displiceat: præsertim si nihil contra consuetudinem regionis fiat. Ex quibus verbis constare notat Gothofredus, quod licet admittatur & toleretur deceptio in pretio, nulla tamen toleretur in pondere vel mensura: est enim semper (inquit) certa Regionis mensura. Illud porro rectè dictum à Pibracio, vt æquis ponderibus & mensuris vtamur in ponderandis cuique rebus ac emetiendis, tametsi nemo mortalium nos videat. Sic enim viro bono facere conuenit. Quod & Ilocrates monuit faciendum his verbis: ἀπεντέλη δόκει ποιεῖν, ὡς μαρτύρεια λήστων, καὶ γὰρ αὐτὸς θεοῦ λεγούσας εἰπεῖν, οὐ τέλος ἡ Φθίση. Id est, omnia facere vidcaris, quasi neminem celaturus. Nam et si in præsens celaris, posterius tamen cernēris. Et enim vir bonus non modò facere, sed ne cogitare quidem quicquam audebit, quod non audeat prædicare. vt ait Cicero libro tertio de Officijs.

## T E T R A S T I C H O N.

## X L I I I .

**G**arde soigneux le deposit à toute heure:  
Et quand on veut de toy le recouurer,  
Ne va subtil des moyens controuurer  
Dans un palais, à fin qu'il te demeure.

## B I C A R T O N.

*Omni depositum conserva sedulus hora:*  
*Isque, ad quem spectat, quando reposcer idem:*  
*Non tibi (depositi ut fias possessor inquis)*  
*Quaretur medio fraus scelerata foro.*

## S C H O L I O N.

Depositum est, quod custodiendum alicui datum est. dictum ex eo, quòd ponitur. præpositio enim de auget depositum: vt ostendat, totum fidei eius commissum, quod ad custodiā rei pertinet. vt ait Vlpianus in L. & D. Depositi. Varias depositi species Iurisconsulti ponunt, quas nunc breuitati studens omitto. Nam de Deposito sat multa, & acutè dicta in Commentario nostro. Etenim Aristoteles, Problem. sect. 29. q. 2. pluribus rationibus ostendit, iniquius esse depositum denegare, quam mutuum. Etenim, qui peccauerit (inquit Deus ad Moysem. Leuit. c. 6.) & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei sua commissum fuerat. &c. conuictus delicti reddet omnia, quæ per fraudem voluit retinere, integra: & quintam insuper partem domino cui damnum intulit. Vide caput 22. Exodi. Apud Pisidas de abiurato deposito maximum erat iudicium, vt abiurans facinus morte lueret. vt ait Alexander ab Alexandro libr. 6. gen. dier. cap. 10. Extat quidem historia notabilis apud Herodotum lib. 6. de quodam Spartiate, qui Glaucus dicebatur, quemq; lacedæmonii cognomento iusti decorarunt. Ob iustitiam enim inter omnes optimè audiebat. Is tamen hospitis cuiusdam Milesii pecuniam ingentem in depositum & custodiā receptam eidem denegauit. Glaucus autem Delphos se contulit ad oraculum consultandum: cui consultanti, an iure iurando pecuniam prædaretur, datum est responsum, nulla venia dignum esse Glaucum, sed eum, prolemque, & domum è medio tollendam. Itaque Glauci (inquit Herodotus) nulla superest neque proles, neque domus, quæ illius censeatur, sed ex Sparta radicitus extrita est. Ita bonum est (inquit Herodotus) nihil aliud de deposito cogitare, quam vt repetentibus reddatur. Notandus interim locus Ciceronis in

tertio de Officiis, vbi sic loquitur. Neque (inquit) semper deposita reddenda sunt. Si gladium quis apud te sanæ mentis deposuerit, repeatat insaniens: reddere, peccatum sit: non reddere, officium. Quid? si is, qui apud te pecuniam deposuerit, bellum inferat patriæ, reddēsne depositum? Non credo: facies enim contra Rempubliquam, quæ debet esse charissima. &c. Vide Senecam cap. 10. lib. 4. de Beneficiis. Depositum, inquit reddere, per se res expetenda est: non tamen semper reddam. Nec quolibet loco, quolibet tempore. Intuebor utilitatem eius, cui redditurus sum & nociturum illi depositum negabo. &c.

### T E T R A S T I C H O N.

X L I I I .

**L**'Homme de sang te soit tous-iours en haine.  
Huë sur luy, comme fait le berger  
Numidien sur le tigre leger  
Qu'il voit de loin ensanglanter la plaine.

### B I C A R T O N.

Insectare odiis, ac detestare cruentum  
Usque virum, resonis vocibus hunc & age:  
Tigrida pastor uti celerem clamoribus urget,  
Quæ Nomadum latos cæde cruentat agros.

### S C H O L I O N.

Virum sanguinarium & fraudulentum auersatur Dominus. Psalm. 5.

143  
T E T R A S T I C H O N .

X L V .

**C**E n'est pas tout, ne faire à nul outrage.  
Il faut de plus s'opposer à l'effort  
Du mal-heureux, qui pourchasse la mort  
A son prochain, sa honte, ou son dommage.

B I C A R T O N .

*Nō satis est, verbo factō ve haud lādere quē quam:  
Conatus prauit quoque frange viri:  
Atq; obſiſte illi, cūm dānum & dedecus atrum  
Vicino conflat, perniciēmque ſtruit.*

S C H O L I O N .

Cicero lib. i. de Officiis, iniustitiae, inquit, duo genera sunt. Vnum eorum, qui inferunt: alterum eorum qui ab his, quibus infertur, si possint, non propulsant iniuriam. Qui enim (inquit) non defendit, nec obſiſit, si potest, iniuria, tam est in vitio, quam si parentes, aut patriam, aut socios deserat. Vide Platonem lib. 5. de Legibus, ibi, τί μὲν δὴ οὐδὲ ποδέν αἰτηῶν, &c. Cyrus quidem certe apud Xenophonem lib. i. ait, nihil esse iustius, quam propulsare iniuriam: nihilque pulchrius quam amicis succurrere.

T E T R A S T I C H O N .

X L V I .

**Q**UI a desir d'exploiter sa prouesse,  
Donte ſon ire, & ſon ventre, & ce feu,  
Qui dans nos cœurs ſ'allume peu à peu,  
Soufflé du vent d'erreur & de paresſe.

## B I C A R T O N.

*Virtutis documenta suæ dare qui volet, iram  
Comprimat, & turpem in vincla det arcta gulam,  
Et premat hunc ignem, quem mentibus excitat aura  
Paulatim erroris desidiaque simul.*

## S C H O L I O N.

Frænanda ira est. Ouidius:

*Vince animos, iramque tuam, qui cætera vincis.*

Horatius:

*Ira furor brevis est: animum rege: qui, nisi paret,*

*Imperat: hunc frænis, hunc tu compescet catena.*

Nam preclarè Sotion, ὁ πατερ, inquit, τὰ δοῖα γνωμῆς, ἐχόστα ἐπὶ οὐδίᾳ τῶν, αἷλλα ὅστις πέδη χειρῶνα αὐτέχει καὶ σώζεται. Εἰ τωνοὶ αὐθρωποι ὀργὴν καὶ κινήσιν αὐτέχοντες, μεγάλοις κούτῳ αὐθρεῖοι. Id est, quemadmodum nauigia præclaræ & egregia censentur, non quæ in tranquillitate, aut sereno cœlo nauigant, sed quæ tempestatib[us] resistunt & seruantur: sic homines iræ & motui resistentes magni sunt & fortes. Irām viacere, magna certè res est. Tamen ut ait ille, η πενόντα καὶ η φυλακὴ θ μὴ τείπεσσιν, μείζων: Id est, res maior est & difficilior, cauere & prouidere, ne in ipsam incidamus. Notabis autem non omnem iram esse peccatum, alioqui non dixisset propheta Psalm. 4. Irascimini, & nolite peccare. Sic enim & Græcè scriptum est, cap. 4. ad Ephesios: ὀργίζετε καὶ μὴ αμαρτίεσσετε. Nonne etiam Aristoteles libr. 4. Ethicorum, iure optimo stultos appellat eos, qui non succensent ob eas cauillas, ob quas succensere debent? quique non quo modo, nec quo tempore, neque quibus debent, irascuntur? nonne idem affirmat, omnis sensus & doloris expertes esse, qui irasci

nesciunt, nec propulsant iniuriam? nunquid idem, aliorum in se & in. suos contumelias perpeti ac negligere, seruile esse dicit? *αἰδοραποδῶδες*; Quædam igitur ira laudabilis est, atque interdum irasci licet. Quid igitur de ira statuemus? Idem profectò, quod Aristoteles. Ille namq; *τὸν περόπτην* (quam latini lenitatem, clementiam, placabilitatem, & mansuetudinem appellant) dicit esse *μεσότητα* *εἰδί οργάς*, id est, mediocritatem, quæ in iris versatur: hoc est, quæ inter parum & nimium media est, η δ' *χαρερολή*, inquit, *οργιλότης* *ης λέγοτεν αὐτῷ*: id est, nimium autem vel exuperantia vocetur iracundia. η δ' *ελεύθερος*, ητ' *αργυροῖς τίς ἐστιν*, εἴθ' οὐ, η *δέκτης*, *ψεύτης*. Id est, parum autem seu defectio, siue lentitudinem, siue quo ailio nomine placet appellare, vituperatur. Concludit igitur Aristoteles, *μέσον τοῦ ξενικούτων*, Id est, medium habitum esse laudabilem, per quem & quibus, & propter quas causas, & quo modo oportet, irascimur. Nimium autem & parum, vituperabilia. quæ si non longè, inquit, absunt à medio, leuiter: si longius, grauiter: si longissimè gravissimè sunt vituperanda. Quantum verò attinet ad ventrem gulamque, & huic iniicienda esse fræna Pibracius rectè putat ac præcipit. Nam ut Theognis ait:

· *τολλώ τοι τολέοντας λαμβάνοντας κόρος οὐλεστενήδην*  
*Αὐδορας, οὐσι μοιρης τολεῖον ἔχειν ἔφελον.*

Multò, inquit, plures satietas seu gula, quam fames iam perdidit viros, qui plus quam cōueniret, habere voluerunt. Venter, inquit Seneca Epist. 21. præcepta non audit, poscit, appellat. Non est tamen, inquit, molestus creditor, paruo dimittitur: si modo das illi quod debes, non quod potes. Postremò, quis nam iste sit ignis, quem erroris & desidiæ flatibus excitari dicit Pibracius, roget quispiam. Ego quidem *αὐτῷ* intelligi puto. non omnem quidem, sed

eum tantummodo, qui vulgaris appellatur. Est enim duplex amor, ut Plato docet. οὐκ ἔσιν αὖτος Αφροδίτη, inquit: id est, non est absque amore Venus. Quare si una esset Venus, inquit, unus & esset amor. Quoniam autem duas sunt Veneres, geminum quoque amorem esse necesse est. η μέν γε πρεσβύτερα, inquit, καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανὸς Γαῖας, λιὸς δὴ καὶ Οὐρανίας ἐπομάζομεν. η δὲ νεωτέρα, Διὸς καὶ Διώνης, λιὸς δὴ πάνθημον καλεῖμεν. αναγκαιον δὴ καὶ Ερωτὸς μὲν τῇ ἑτέρᾳ πινεργὸν, πάνθημον δρῦῶς καλεῖδημα. τὸν δὲ ἐχέντιον. Id est, una quidem Venus antiquior est, & sine matre, Cœli filia, quam cœlestem appellamus. Altera vero junior, Iouis & Diones filia, quam vulgarem communémque vocamus. Necessarium itaque, Amorem alterius comitem Veneris, vulgarem rectè nuncupari, alterum vero cœlestem. Ergo non cœlestis, sed vulgaris amor ex errore & desidia nascitur, erroris & desidiæ flatibus in mentibus hominum excitatur. Vnde Theophrastus interrogatus, quid esset amor? πάθος, ἔφη, Ψυχῆς χολαζόντος, animæ ociosæ affectum & perturbationem esse dixit. Et Menander, Ερωτὸς δέργον, inquit, χαπτὶ τοῖς δέργοις ἔφεν. φιλος κατοπτρα καὶ πόμπης ξανθίσματα, φλέγει δέ μόχθους. Id est, amor enim piger est, vel ociosa res est, & in pigris innascitur, gaudet speculis, & flauis comæ tinteturis, vitat labores. Ouidius.

*Quæritur. A Egisthus quare sit factus adulter:*

*In promptu causa est, desidiosus erat.*

*Idem. Ocia si tollas periere Cupidinis arcus,*

*Contemptaque iacent & sine luce faces.*

*Quam platanus riuo gaudet, quam populus vnda,*

*Tam Venus ocia amat.*

*Sed dicat aliquis τὸν Ερωτὸν seu amorem οὐκ δέργον εἴναι,*

non esse ociosum<sup>1</sup>, pigrum, & inertem, vel ipsius Ouidii testimonio dicentis,

*Qui non vult fieri desidiosus, amet.*

*Militiae species amor est, discedite segnes.*

*Amor odit inertes.*

Responcionem mihi suppeditauit Henricus Steph. Europæ decus & oculus. Ait igitur ille, hos locos inter se conciliari facile posse, si propius eos inspicientes, consideremus Ouidium dicere, ex ocio quidem & desidia nasci amorem, at non item desidiosum esse eum, qui amore captus est. Id autem abundè confirmat in elegantissima illa comparatione amantis cum milite, in Elegia cuius initium est, Militat omnis amans. &c. Atqui nonne Græcus poëta dicit Amorem esse δέγαν; Evidem: sed tamen isti dissentantia minime loquuntur. Neque enim dubium est, quin δέγαν vocetur, quanvis ad omnem ἔργων laborem impigros homines reddat: quoniam is velut ociosus quidam ac desidiosus censetur labor. Sicut idem Naso queritur inuidos ei obicere ignauos annos, & vocare carmen opus inertis ingenii. Cæterum Pausanias in Bœoticis, tres esse Veneres ait, Οὐρανιας, seu cœlestem: οὐρανος, seu vulgarem aut popularem: Απορφιας, seu Aucteratricem, ut ita loquar. Vraniam autem significare purum & corporum cupiditate vacantem amorem. Popularem autem singi ob Venerios congressus. Et Apostrophiam, Id est, Aucteratricem dictam esse, ut ab exlege cupiditate & incestis Itupris hominum genus auerteret. Pibracius igitur intelligit amorem, ut dixi, vulgarem & popularem, quem error & otium non raro exfuscitant. Hic ignis ille est, qui torret amantes, ut doctissimi poëtae tradiderunt. De quo loquitur etiam D. Paulus 1. ad Corr. cap. 7. εἰ δὲ σοι ἐγκεκριθεῖ τοι, γεμοσάτωσιν κρείσον γέρει ταχινῶν,

*η πνεύσθαι. Quod si se non continent, inquit, contrahant matrimonium. Nam satius est matrimonium contrahe-re, quam viri.*

### T E T R A S T I C H O N .

xvii.

*Vaincre soy-mesme est la grande victoire.  
Chacun chez soy loge ses ennemis,  
Qui par l'effort de la raison soumis,  
Ouvent le pas à l'éternelle gloire.*

### B I C A R T O N .

*Maximus hic victor, qui seratione coercet.  
Hostes in proprio pectore quisque gerit.  
Quos sibi cum ratio cogit summittere fasces,  
Ad superos homini semita recta patet.*

### S C H O L I O N .

*Grauior inimicus, qui latet sub pectore:*  
ut ait Publius Syrus. Vitiosam animi affectionem intelligit sub pectore latenter, maximèque nocentem homini: quam qui ratione donat, maximam victoriam indipisci-tur. Quare idem Publius Syrus inquit:

*Iracundiam qui vincit, hostem superat maximum.*

Et Cicero pro M. Marcellō, Animum, inquit, vincere, ira-cundiam cohibere, victoriam temperare. &c. hæc qui faciat, nón ego eum cum summis viris comparo, sed simillimum Dco iudico. Plautus Trinununo: Si animus hominem perpulit, dum viuit, victor viatorum cluet. tu si animum vicisti potius quam animus te, est quod gaudreas. Horatius.

*Latiūs regnes, audiūm domando  
Spiritu[m], quām si libyam remotis  
Gadibus iungas, & uterque Pœnus  
Seruat vni.*

Certè imperare sibi, maximum imperium est. vt ait Seneca.  
Epist. 113.

## TETRASTICHON.

XVIII.

*S*i ton amy a commis quelque offence,  
Ne va foudain contre luy t'irriter:  
Ains doucement, pour ne le despiter,  
Fay luy ta plainte, & reçoy sa defense.

## BICARTON.

*Si quod fortè tuus delictum incurrit amicus,  
Non hunc irâ ardens impatiēte petes:  
Sed ne illi stomachum moueas, effunde querelam  
Leniter, & pro se quod ferat, aure cape.*

## SCHOLION.

*Amici vitia si feras, facis tua.*

vt ait Publius Syrus. Sed tamen vtendum erit arte in amicis corripiendis: quandoquidem hæc res maximum & efficacissimum est remedium, maximèque desiderans & opportunitatem & modum, auctore Plutarcho. οὐδὲν γὰρ ἀλλὸ ποιεῖ (vt idem inquit) τὸ πατέρηστον ὁμένον ἡκατοντάπειν, καὶ μελέτας δεσμότειν, η τὸ Φαιδόμενον ὁργῆς, οὐδὲν κατὰ μετανοίαν πεφέρειν τοῖς ἀμαρτίγιον. οἶτε δένθε μένετο.

δει παρῶς ἐξελέγχειν, οὐτε κωλύειν διπλούς μέν γε,  
αλλὰ εἰ τις φάσεις δύχημονος ἀμαρτύρως συνεπεῖται,  
καὶ τὸ χείρον θεῖον αἴσιον αἴφιστεμένος, αὐτὸν ἀνιδόνα με-  
τεπιώπειν. &c. Id est, ut scitè vertit Erasmus: non enim  
alia res præstat, ut liberè admonens & offendas minimè,  
& sanes maximè, quam si temperans ab iracundia, mo-  
destè & cum benevolentia delinquentem aggrediaris.  
Vnde nec inficiantes oportet acerbius coarguere, nec  
obsistere purgantibus sese: quin magis honestas occasio-  
nes vnde cunque subministrare, & à peioribus abstinere  
causis, atque ad hunc modum amico concedere, ut le-  
nius peccasse videatur. Id verò declaratur exemplò He-  
ctoris in Fratrem Paridem:

Δαιμόνι, καὶ μὲν καλὰ χόλοι τόνδε ἔνθεος θύμῳ  
Non ira ista tibi in pectus descendit honeste.

Cen quod in congressu aduersus Menelaum cesserat, non  
fuga fuerit, aut timiditas, sed iracundia. Etenim Plutar-  
chus ait medicos nobis imitandos esse in corripiendis a-  
amicis. Neque enim hi, cum secant, inquit, partem afflictam  
in cruciatu molestiāq; destituunt, sed placide rigant  
ac leniunt: ita qui ciuiliter amicum admonere student,  
postea quam amara mordaciāque admouerint, aufugere  
non debent, sed aliis colloquiis & comitate verborum  
delinire ac mollire: quemadmodum & fabri lapidarii  
vulnus ac cicatricem, quam ictu celtis inflixerunt in fla-  
tuis, rursum poliendo lauigant ac nitidam reddunt. Nam  
qui reprehensione vulneratus ac perfoctus, deinde ira per-  
turbatus ac tumens dimittitur, hunc postea difficultè reuoces  
aut consoleris: Hoc igitur (inquit Plutarchus) in pri-  
mū caudendum est iis, qui amicum obiurgant, ne post ob-  
iurgationem eum destituant, neve committant, ut ita

contristent & irritent familiares, ut ea res finiat consuetudinem ac familiaritatem.

### T E T R A S T I C H O N .

#### X L I X .

**L**'Homme est fautif, nul vivant ne peut dire  
N'auoir failli : es hommes plus parfaits,  
Examinant & leurs dits & leurs faits,  
Tu trouueras, si tu veux, à redire.

### B I C A R T O N .

*Omnis homo peccat: reuera semet iniqui  
Criminis immunem dicere nemo potest.  
Dicta & facta hominū meliorum expēde, videbis  
Dicta imperfecta factaque multa moda.*

### S C H O L I O N .

*Si vitam inspicias hominum, si denique mores,  
Cum culpes alios, nemo sine crimen viuit.*

Vt ait auctor libri, qui Catonis esse fertur. Vbi vox criminis latius pro peccato accipitur, seu vitio:

*Nam vitiis nemo sine nascitur. optimus ille est,  
Qui minimis vrgetur.      Vt canit Horatius.*

D. Augustinus Enchitidio, cap. 64. peccatum à crimen distinguit seu genus à specie. Neque enim (inquit) quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaque sanctorum (inquit) hominum vitam, quandiu in hac morte viuitur, inueniri posse dicimus sine

criminē: peccatum autem si dixerimus, quod non habemus (ut ait sanctus Apostolus Ioannes cap. 1. Epist. 1.) nos metipso seducimus, & veritas in nobis non est. Hæc ille. Nam vitium & delictum grauius, atque adeò accusatione & damnatione publica dignum. D. Augustino crimen dicitur in Ioan. 8. tracta. 41. Quod autem leuius est, & tamen à Dei voluntate recedit, peccatum vocatur. Sed dicat aliquis, hoc falsum videri, quod ait S. Augustinus: propterea quod 1. Ioan. 3. scriptum est, *πάς ὁ γεγονός ἐκ τοῦ θεοῦ, ἀμαρτίας ἐπιτελεῖ, οὐκ ἀπέργα αὐτὸς ἐκ τοῦ μέντος καὶ τοῦ σώματος ἀμαρτίας είναι, οὐκ ἐκ τοῦ θεοῦ γεγόνηται.* Id est: Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Sed omnes veri Christiani ex Deo nati sunt: Ergo nulli veri Christiani peccare possunt. Verum Theologi quidam locum illum sic interpretantur: ut per semen intelligent verbum Dei, secundum illud D. Pauli. 1. Cor. 4. Per Euangelium ego vos genui. Quæ porro nascuntur ex semine, naturam seminis referunt. Et quemadmodum ex semine frumenti terræ mandato non nascitur oliua: sic ex semine Dei in homine nato ex Deo, non nascitur peccatum, immo ne nasci quidem potest. Propterea dicit Apostolus, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. Hoc est, facultas peccandi non procedit à diuino semine, & diuina illa natuitate, qua renati sumus, & filii Dei nuncupamur. Sed vtrumque, id est, peccare, & posse peccare, est ex nobis. Alii tradunt, verba illa Apostoli sic intelligenda, ut comparatè & *κατέτι* dicatur fidelis ex Deo natus non peccare, nec posse peccare, non quod nihil unquam à Dei voluntate alienum committat: sed quia peccato suo non delectatur, nec in eo perseverare cipit, sed illud odit. Vnde Cicerus Philippicæ

12. Cuiusvis, inquit, est hominis errare, nullius nisi insipientis perseverare in errore. Nam ut ait Themist. iunior oratione 3. τὸ μηδὲν ἀμαρτίνειν εἶναι οὐ φύσεως καὶ πάντη τῆς αἰθρίας, id est, nihil peccare extra humanæ naturæ sortem positum est. Et Theognis:

Εἴης ἀμαρτλῶν φίλων οὐκτὸν πάντα χολῶν,  
Οὐποτέν αὐτὸν λόγοις ἀρθμοῖς, δέδε φίλοι  
Εἰεν. ἀμαρτλαὶ γὰρ οὐ αἰθρώποισιν ἐπεντα  
Θυητοῖς, Κύρῳ, Θεοὶ δέ σὺν ἑπέλυσι φέρειν,

Id est, si quis ob amicorum peccata, & ob quodvis delictum stomachetur: nunquam inter nos concordes, & amici esse possumus. Peccata enim, Cyrne, mortales omnes comitantur: soli Dii ferre non possunt. Nihil omnino errare vel peccare, Deorum est, & omnia rectè gerere: μηδὲν ἀμαρτίνειν εῖται θεῶν, καὶ πάντα κατεργάσαντες βιοτῷ: ut inquit auctor epigrammatis illius, quod est sub finem orationis Demosthenis, πολὺ τε φαίνεται. Quod si operis humani perfectionem spectare libet, nulla me Hercule inuenietur. Εὐ αἴπερ γὰρ τὸ τέλειον αἰδινάστην, id est, In omnibus enim perfectionem consequi nemo potest: ut auctor est Plutarchus. Atque ego iam vereor, ne ista scholia nostra parum perfecta videantur: cum præsertim non multo studio, sed tumultuariè hunc laborem perfecerimus: quemadmodum meus scit Typographus, & alii nobis amicissimi, qui nos ad suscipiéendum & strenue perferéndū hunc labore incitarūt. Aequus tamen rerum æstimator nō contemnet, certò scio.

#### T E T R A S T I C H O N. L.

**V**OY l'hypocrite avec sa triste mine.  
Tu le prendrois pour l'aisné des Catons:  
Et ce pendant toute nuit à tastons  
Il court, il va pour tromper sa voisine.

## B I C A R T O N.

Hunc simulacrem dicas sanctum esse Catonem,  
 Dum verba & vulcum temperat atq; gradum.  
 Qui manibus praetentat iter caligine caeca,  
 Vicinæ fermat vi nocte silente dolos.

## S C H O L I O N.

Multis simulationum inuolucris (ut scribit Cicero ad Q. Fratrem) regitur & quasi velis quibusdam obtenditur vniuersus cuiusque natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur. Atque ut idem ait lib. 3. de Officiis, Nulla pernicies vitæ maior inueniri potest, quam cum in malitia inest similitudo. Sunt hi simulatores & hypocritæ, de quibus loquitur Dominus apud D. Matthæum cap. 7. Qui veniunt, inquit, ad vos in vestibus onium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Nam (ut ait Buchananus) veste sub illa,

Sæpe latent saui traculentia mente tyranni,  
 Sæpe latro, lurcoque vorax, & fædus adulter,  
 Et simulatus amor, fallaxque modestia vultus,  
 Quæ regit innumeræ sub onillo vellere fraudes.

Istos sic affatur Dominus apud Matthæum cap. 23. Vx  
 vobis hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis,  
 quæ foris quidem apparent speciosa, intus vero plena  
 sunt ossibus mortuorum, omniisque spurcitia: sic & vos  
 foris quidem appetitis hominibus iusti, intus autem pleni  
 estis hypocrisi & iniquitate.

## T E T R A S T I C H O N .

L I.

**C**acher son vice, est vne peine extrême,  
*Et peine en vain : fay ce que tu voudras,*  
*A toy au moins cacher ne te pourras.*  
*Car nul ne peut se cacher à soy-mesme.*

## B I G A R T O N .

*Est, vitium celare suum, labor irritus atque  
 Maximus ; efficias quod tibi cumque libet :  
 Semper eris scelerum, quæcumque admiseris in te,  
 Conscius : auctorem non sua facta latent.*

## S C H O L I O N .

Conscientia mille testes, ut ait Quintilianus libr. 5. Nihil enim aliud est conscientia, quam secretum, & quod falli non potest facti nostri iudicium, & mille testes, ut dicitur. Nam ut ait Cicero pro Sex. Roscio, sua quenque fraus, & suis terror maximè vexat, siuum quenque sceleris agitatio, amentiaque afficit, suæ malæ cogitationes, conscientiaeque animi terrent. Vnde Ambrosius in Epist. ad Const. inquit : Seipsum non quisque, & animum suum, seuerum iudicem, sui ultorem sceleris, & vindicem criminis habet. Verum Pibracius noster alludere videtur ad id quod scribit Isocrates ad Demonicum : μηδέποτε μηδέν αἰχμὴν πιθήσεται πίγελός ειναι. οὐ γάρ αὐτὸν ἀλλὰς λήσας, σωτῆρα πιθήσεται, Id est, nunquam speres, si quid turpe feceris, id in occulto fore. Quanvis enim celaueris alios, tu tamen tibi conscientius eris. Vide Iuuenalem Satyr. 13.

Græca verba Isocratis sic expono: si quid turpe feceris, unquam speres, id in occulto fore. Nam et si alios celeris, tibi ipsi certè conscius eris.

## T E T R A S T I C H O N . L I I .

**A** Y E de toy plus que des autres honte:  
**A**Nul plus que toy par toy n'est offensé.  
*Tu dois premier, si bien y as pensé,  
 Rendre de toy à toymesmes le compte.*

## B I C A R T O N .

Nullum plus quam te laedit prae: ergo magis quam  
*Alterius pigrat te pudeatque tui.*  
*Quint tibi tute tui rationem reddere debes:*  
*In primis, tibi si quid rationis ineft.*

## S C H O L I O N .

Alludit Pibracius ad illud Pythagoræ dictum, quod in Carminibus aureis legitur, πάντων δὲ μάλισται αἰχμέοσαντός. Id est, omnium autem maxime, pudeat te tui ipsius. Vel ad illud Democriti, μάθε δέ τὸν μᾶλλον τῶν ἀλλων σταυρὸν αἰχμέαδε. Id est, disce autem tuī ipsius pudore moueri, vel erubescere tui cauſa multo magis quam aliorum. Pudor enim sui ipsius maximè ingenuus videtur. Unde Diphilus: ὅσις θεοὶ καὶ αὐτὸς αὐτὸς σὺν αἰχμέσην Σωκράτης αὐτῷ φαῦλα γνωπεγνήσεις, Πῶς τόν γε μηδὲν εἰδότα αἰχμαθήσεται; Id est, qui sibi mali perpetrati conscius est, neque tamē pudet eum sui ipsius, quoniam modo erubescet illius non consciū? Cæterum pudor, auctore Aristotele lib. 4. Ethicorum definitur Φόβος θεοῖς αἰδοζίας, infamiae metus quidam. Et lib. 2. Rhetor. ἐστι δὲ αἰχμή, inquit, λύπη τις καὶ ταραχὴ, τοῦτο εἰς αἰδο-

Εἰς Φαινόμενα Φέρει τῶν κακῶν ἡ περόγλωσση, ἡ γεγονότων, ἡ μελόντων. Id est, Sit igitur erubescientia pudor vel aut verecundia, molestia quædam & perturbatio animi, ex malis orta præsentibus, præteritis, aut futuris: ob quæ subeunda sit ignominia alicuius nota. Contra verò ἡ ἀναρχία, ὅλη ωρία τὸν διάθετον αὐτῷ ταῦτα, id est, invercundia vel impudentia, contemptio est indolentiaque harum ipsarum rerum, quarum verecundos pudet. Locos utriusque ibidem recenset Aristoteles. Hesiodus autem τὸ εὔροις pudorem esse duplicem ostendit, bonum scilicet & malum, vel utilem & noxiū. Verbi causa, si pauperem pudeat laborare, & aliud quippiam boni facere, ille quidem ex tali pudore nil percipit emolumenti, sed damni plurimum. Si verò pudet eum facere turpia, magnum inde percipit commodum. Vide Plutarchum lib. devitiosa verecundia. Porro autem, nemo plus alium lædit, quam ipse se: ut hic docet Pibracius, cuius versus secundus hoc sonat, Nemo plus quam tute per te læditur: hoc est, nullum plus lædis, quam tute te, vel, nemo magis læditur, quam tute per te ipsum: hoc est, nemo plus lædit atque vulnerat animam suam peccatis, quam tute tuam: aut nemo magis peccat, quam tu: unde tui te multo magis puderet, quam aliorum. Si enim aliena peccata erubescis, tua certè multo magis erubesceres, animaque tua salutem curares. Atque ista quidem posterior interpretatio pertinet ad hypocritas, & eos qui sibi placent, arrogantque plurima: In quos illud est dictum Lucæ 16. Vos estis, qui iustificatis vos ipsos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra. Et Matth. 7. Hypocrita primùm eiice trabem ex oculo tuo, & tum perspicies, ut eximas festucam ex oculo fratris tui. Ego tamen priorem interpretationem libenter amplexus, ita verti versum illum Gallicum: Nullum plus

quam te laedit praece. Quasi dicat Pibracius: o peruerse,  
non tantum laedit alios, quantum te ipsum. Sciens & spon-  
te tua noces aliis? at hoc ipso magis tibi noces: quia  
τὸ μὲν ἀδικεῖν μετὸ πάκιος, καὶ Φευλός, τὸ δὲ ἀδικεῖσθαι, αὐτὸς  
πάκιος καὶ ἀδίκιος, ut ait Aristoteles lib. 5. Ethicorum:  
Id est, iniuriam facere, cum scelere coniunctum est, &  
vituperandum: At vero iniuriam accipere, scelere vacat  
& iniustitia. Et cum αἱρω μὲν Φαῦλα, καὶ τὸ ἀδικεῖσθαι,  
καὶ τὸ ἀδικεῖν, ut ait Aristoteles, Id est, utrumque malum sit,  
facere scilicet iniuriam & accipere: tamen ut ibidem in-  
quit Aristoteles, καθ' αὺτὸν τὸ ἀδικεῖσθαι, οὐτε Φαῦλον. οὐτε  
συμβεβηκὸς δὲ θεὸν ιοκέντεο μεῖζον εἴναι πάκιον. Id est, per se  
minus atque leuis malum est iniuriam accipere, quam  
inferre: quanvis ex euentu & accidente grauius esse nihil  
prohibeat. Ergo qui alterum laedit & iniuria afficit, habet  
maius atque grauius malum, quam qui iniuria affici-  
tur. Vnde sequitur, eum, qui laeditur, & iniuria afficitur,  
habere maius bonum, quia minus malum est maius bo-  
num, quam maius malum. Quocirca melius erit iniuriari  
pati, quam inferre. Vnde recte Aristoteles, χειροῦ τὸ ἀδι-  
κεῖν, inquit: id est, Deterius est facere iniuriam. Ex his ergo  
verbis Aristotelis constat, quod cum Pibracio nostro volu-  
mus: nempe illum, qui laedit alium & iniuria afficit, maius  
inde damnum reportare, atque ob eam rem seipsum magis  
laedere. Sed dicat aliquis, vanum esse Aristotelem, & sibi re-  
pugnare: quoniam in eodem lib. 5. Ethicorum ait, eum,  
qui iniuria afficitur est, habere minus boni, ideoque minus  
honoris: eum vero, qui inficit iniuriam, plus boni conse-  
qui, & ob eam caussam plus honoris adipisci. Ergo fal-  
sum est, quod modò diximus, nullum omnino hominem  
plus alium, quam ipsum se laedere: cum qui laedit, maius  
habeat bonum, quam qui laeditur. Si plus boni habet la-  
dens quam Iesus, ergo minus mali. Minus ergo laeditur qui

Iredit alterum. Ecce autem verba Aristotelis: ὁ μὲν γὰρ  
ἀδικῶν, πλεῖον ἔχει. ὁ δὲ ἀδικούμενος, ἔλαττον τὸν ἀγαθόν.  
Id est, qui enim alteri facit iniuriam, boni plus adipiscitur: ille vero minus, cui fit iniuria. Quid ergo dicendum? Aristotelem ne sibi contrarium esse dicemus? Non sanctum. At ibidem ait Aristoteles, οὐ τὸν λόγων πίνει τὸν ἔλαττον  
κακὸν, πέρος τὸν μεῖζον κακόν. εἴτε γὰρ τὸν ἔλαττον κακὸν  
μᾶλλον αἰρετὸν τὸ μεῖζον τοῦ. γάρ δὲ αἰρετὸν, αἰσχέτον. καὶ τὸ  
μᾶλλον, μεῖζον. Id est boni rationem obtinet minus malum, si cum maiore malo comparetur. Est enim minus malum maiore optabilius, magisque eligendum. Quod antem optabile & eligendum est, id bonum est: & quo quidque optabilius est, magisque expetendum & eligendum, eo maius bonum est. Ergo cum dicat ibidem Aristoteles, eum, qui infert iniuriam, habere plus boni: eum autem, qui iniuria afficitur, habere minus boni: sequitur ex verbis Aristotelis aduersus ipsum Aristotelem nostrumque Pibracium, optabilius esse magisque expetendum ac eligendum, iniuriam facere, quam accipere patique. Respondeo cum Aristotele, per se minus esse malum, iniuriam accipere, quam inferre, tametsi per accidentem maius malum dici potest. Itaque iniuriam facere, per se quidem maius malum est, & per accidentem, minus malum: & qui iniuriam infert, habet plus boni per accidentem, per se vero plus mali. Contrà, qui malit iniuriam accipere, quam inferre, expetit ac elit maius bonum, quia τὸ ἀδικεῖσθαι, seu iniuriam accipere, scelere vacat & iniustitia: contrà, facere iniuriam, cum scelere & iniustitia coniunctum est. Quare nemisi mitum videri debet, si vir probus & iustus (ut docet Aristoteles) malit iniuriam accipere, quam inferre. Porrò autem facere iniuriam, esse per se, & absolute, atque suā naturā maius malum, quam pati iniuriam, emini obscurum esse iam arbitror: tametsi τὸ ἀδικεῖσθαι,

per accidens & ex euentu quodam maius malum dici possit, quia maius malum secum trahit. Verbi causa, pater iniquè facit, qui filium immerito abdicat. Verum enim uero licet hæc iniuria filio facta sit per se & naturâ suâ mala, videtur tamen esse minus mala per accidens: atque multo grauius esse malum apparet, iniuriam fieri patri, cuius in vita nitatur salus Reipublicæ. Iam vero tyrannus unum vult è duobus fieri, ut pater vel filium suum abdicet, vel ut ipse moriatur. Immerito filium abdicare, iniquum est magnumque malum: maius tamen malum existimatur, si pater iniuriam accipiens moriatur, quo moriente concideret Respublica: viuente autem, flaret misericordia, nec penitus opprimetur à tyranno, cui tanti viri virtus magnam sui reuarentiam incuteret, atque à multis eum flagitiis auertens & auocans ad aliquam modestiæ formam speciemque conuerteret. Hoc ergo casu minus malum esse videtur, afficere filium iniuria, eum abdicando, quam iniuriam à tyranno pati, quæ Reipublicæ sit extio. Cum autem ita mecum ratiocinarer, concluderemque, deterius esse lædere, quam lædi, iniuria afficere, quam affici: eumque qui lædit aut iniuriam infert, affici multò maiore grauiorèque per se malo, quam hunc, cui fit iniuria: venit in mentem id quod in Homilia 9. Tomi 5. ac ultimi acutè disputat aurei oris vir, D. Ioannes Chrysostomus, qui multis rationibus & argumentis contendit, neminem lædi, nisi à semetipso. Et si (inquit) omnes qui terram & mare habitant, conueniant ad lædendum, noce-re nequaquam poterunt ei, qui à semetipso non læditur. Docet enim hominem verè lædi non posse, nisi in vera animi virtute. Veram autem animi virtutem non esse diuitias, ne timeas paupertatem: nec sanitatem corporis, ne languorem metuas: nec famam & existimationem humana-nam, ne te hominum maledicta terreant: nec vitam hanc

communem, ne fortè metuas mortem: nec libertatem, ne seruitutem perhorrescas: sed veram animi virtutem esse, Rectè sentire de Deo, & rectè inter homines agere. Illa enim omnia, quæ modò commemorauimus, auferri ab homine possunt, etiamsi nolit: hæc verò si habeat, auferre ab eo inuito nullus omnino, ne ipse quidem diabolus potest. Id verò confirmatur exemplo Iobi, quem diabolus, commotis vniuersis viribus suis, atque omnibus telis armisque in domum & in corpus eius directis, lædere omnino non potuit, sed eum magis gloriosum & spectabilem reddidit. Neque enim efficere potuit, ut beatus ille Iobus, fatiscente ac succumbente animi virtute, impium aliquem sermonem proferret in Deum, aut male aliquid de diuinitate sentiret. Neque verò Adamum à Diabolo, sed à sua læsum esse ignavia dicit, cum in obseruando Dei mandato socors & ignavus minimè vigilaret. Postremò neque damna facultatum, neque calumnias, neque opprobria, neque exilia, neque ægritudines & cruciatus, neque ipsam mortem fædere posse homines, immo verò iuware clarioresque reddere pulcherrimis confirmat exemplis. Atque etiam illos solos lædi docet, qui lædere contendunt, & nulli alii nocere noxam, quam cæteris inferre conantur, nisi ipsis qui inferunt. Sed tu lege, beneuole lector, Homiliam illam, & percepto fructu multò iucundissimo gaudebis. Enim uero Socrates apud Platone in Apologia, hoc ipsum quod Pibracius hoster ait, & Chrysostomus confirmat, comprobare videtur his verbis: εὐ γὰρ ἐστι, εἰς τὸν διπλούσιον τοιοῦτον ὄντα, οἷον ἔγω λέγω, σὸν εὖ μείζω βλάψητε, ηὔμας αὐτὸν. εὖ μὲν γὰρ ἀδέν αἱ βλάψεις, γὰτε μέλιτος, γὰτε Ἄνυλος. γὰτε γὰρ αἱ διώματα. & γὰρ οἵματα μέτροι εἴναι ἀμείνοντα αὐθόπιτας χείροις βλάπτεται. Αἱ πολεῖται μέντοι αἱ τοιωτές, η ἔχεισταις, η αἴμασταις. Id est, Scitote enim, si me occideritis talem, qualem ego me di-

co, non melasuros esse vos magis, quam vos ipsos. Me quidem neque Melitus neque Anytus vñquam lædet. Neque enim posset. Neque enim puto fas esse, meliorem virum à deteriori lædi. Interficere tamen possunt, vel pellere, vel contemnere & contumelia quadam afficere. Cæterum docet Pibracius, debere hominem, qui non tantum ab alio quoquam, quantum à se ipso lædi potest, sibi net ipsi rationem sui reddere. Quia

*Vir bonus & sapiens, qualem vix repperit vnum  
 Millibus è multis hominum consultus Apollo,  
 Index ipse sui, totum se explorat ad vnguem.  
 Nec prius in dulcem declinat lumina somnum,  
 Omnia quam longi reputauerit acta diei.  
 Quæ prætergressus? quid gestū intēpore? quid non?  
 Cur isti factō decus abfuit, aut ratio illi?  
 Quid mihi præteritum? cur hæc sententia sedit,  
 Quam melius mutare fuit? miseratus e gentem  
 Cur aliquem fracta persensi mente dolorem?  
 Quid volui, quod nolle bonum fore? utile honesto  
 Cur malus antetuli? num dicto aut denique vultu  
 Perstrictus quisquam? cur me natura magis quam  
 Disciplina trahit? Sic dicta & facta per omnia  
 Ingrediens, ortoque à Vespere cuncta reuoluens,  
 Offensus prauis, dat palmam & præmia rectis.*

Vt ait Ausonius ex Pythagoreorum sententia, quam in Carminibus aureis est videre.

## T E T R A S T I C H O N.

L I I I.

**P**oint ne te chaille estre bon d'apparence,  
 Mais bien de l'estre à preuve & par effect.  
 Contre vn faux bruit, que le vulgaire fait,  
 Il n'est rempart tel que la conscience.

## B I C A R T O N.

*Ne, populo bonus vt tantum videare, labores:  
 Prode bonum potius temet, agendo bene.  
 Contra rumorem vulgi munitio falsum  
 Optima, mens recti conscientia semper erit.*

## S C H O L I O N.

Arrogans & simulator manuLT videri, quam esse bonus. At Socrates (vt ait Cic.) hanc viam ad gloriam proximam & quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. De conscientia sic Horat.

*Hic murus abenens esto,  
 Nihil conscire sibi, nulla pallescere culpa.*

Ouid. *Conscia mens, recti famæ mendacia ridet.*

## T E T R A S T I C H O N.

L I I I I.

**A**l'indigent monstre toy secourable,  
 Luy faisant part de tes biens à foison.  
 Car Dieu benit & accroît la maison,  
 Qui a pitié du pauvre miserable.

## B I C A R T O N.

*His diues succurre, grauis quos vrget egestas,  
Iucundamque inopi fer properanter opem.  
Namque domum exauger Deus ac felicitat illam,  
Fortunis inopem quæ miserata iuuat.*

## L E C T O R I.

Variis atque grauibus implicabat negotiis, cum hæc scriberem, ita ut mihi non licuerit per otium singulis, quæ sequuntur Tetraschicis sua scholia apponere. Quocirca statui deinceps aut nulla adiungere, vel saltē rara & breuissima. Iustum enim Commentarium, in quo vera copiosè philosophādi ratio elucebit, edere propediem decreuimus.

## T E T R A S T I C H O N.

¶ V.

*L A S ! que te fert tant d'or dedans ta bourse,  
Au cabinet maint riche veste ment,  
Dans tes greniers tant d'orge & de froment,  
Et de bon vin en ta caue vne source ?*

## B I C A R T O N.

*Quò tibi distendit numerosa moneta crumenam?  
Quò tot repletur vestibus arca nouis?  
Quò tantum tibi frumenti sic horrea complet?  
Quò tantura vini cella profunda capit?*

## TETRASTICHON. LVI.

**S**i ce pendant le pauvre nud frisonne  
Deuant ton huis, & languissant de faim,  
Pour tout en fin n'a qu'un morceau de pain,  
Ou s'en reua sans querien on luy donne?

## BICARTON.

Si tremat ante fores nudato corpore pauper?  
Pressus & urgenti langueat ille fame?  
Buccellâ qui panis abit donatus : & olim,  
Cum nihil accepit, ventre famente migrat.

## TETRASTICHON. LVII.

**A**s tu cruel le cœur de celle sorte,  
De mespriser le pauvre infortuné,  
Qui comme toy est en ce monde né,  
Et comme toy, de Dieu l'image portee?

## BICARTON.

Antibi sic pectus riget, ut crudelius egenum  
Temnas, quem verset Sors onerosa malis?  
Qui, ceutu, in lucem est suscepus & editus aliam,  
In quo etiam summi fulget imago Dei.

## TETRASTICHON. LVIII.

**L**e malheur est commun à tous les hommes,  
Et mesmement aux Princes & aux Roys.  
Le sage seul est exempt de ses loys.  
Mais où est-il, las! au temps où nous sommes?

## B I C A R T O N.

*Casibus aduersis cunctorum obnoxia vita*

*Est hominum: Reges hi Proceresque coquunt,  
Præcipueq; grauat. Sapiens (ast heu ubi nunc est?)  
Solus Fortunæ lege metuque vacat.*

## S C H O L I O N.

*Victrix Fortunæ sapientia, vt ait Iuuenalis. Satyr. 13.*

Atque vt Seneca inquit, Nec secunda sapientem euehunt, nec aduersa demittunt. Sed sapientes hodie rari, vt boni viri. Vnde Iuuen. alludēs ad septem Græciæ sapiētes inquit:

*Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot  
Thebarum portæ, vel dinitis ostia Nili.*

Immo nullum verè sapientem esse, præter Deum, docuit Pythagoras, qui se non  $\omega\phi\sigma$ , sed  $\Phi\lambda\delta\omega\phi\sigma$  dici voluit. Cæterū de aduersis casibus, quibus hominum vita est obnoxia, Neorianum illud est trimetrum:

*Pati necesse est, multa mortalem mala.*

## T E T R A S T I C H O N.

L I X.

*L E sage est libre enferré de cent chaines,  
Il est seul riche, & iamais estranger,  
Seul assuré au milieu du danger,  
Et le vray Roy des fortunes humaines.*

## B I C A R T O N.

*Est sapiens liber centum inter vincula : solus*

*Et diues : nullis aduena fitque locis.*

*Solus & in tuto est, medio in discrimine rerum:*

*In sortem imperium Rex quoque verus habet.*

## S C H O L I O N.

Solum sapientem liberum esse & diuitem Cicero in Paradoxis & alibi, itemque Philo, Seneca, Persius Satyr. 5. aliiq; Stoici docent. Horatius:

*Ad summam, sapiens uno minor est Ioue, diues,*  
*Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum.*

Vide Cic. lib. 3. de Finibus. Certè Philo dicebat: μόνος ὁ  
 οὐφῶς, ἐλεύθερος πατέρας καὶ αὐτοχθών, καὶ μυεῖς τὸ σώματόν τοι  
 δειπνότας, Id est, Solus sapiens liber est, ac princeps, quan-  
 uis innumerabiles corporis dominos habuerit. Atque sa-  
 pienti totus mundus est patria. Itaque Socrates cùm ro-  
 garetur, cuiatem se esse diceret, Mundanum inquit: totius  
 enim mundi se incolam, & ciuem arbitrabatur. vt refert  
 Cicero lib. 5. Tuſc. quæſt. Dicebatque Democritus, αἱρεῖ  
 οὐφῶς πᾶσα γῆ βαθή. Ψυχῆς γὰρ αἰσθῆταις οἱ ξύμηται  
 κόσμος. Id est, viro sapienti omnis terra peruia est. A-  
 nimæ namque fortis vniuersus mundus patria est.

## T E T R A S T I C H O N. LX.

**L**e menacer du tyran ne l'estonne:

Plus se roidit, quand plus est agité:

Il cognoit seul ce qu'il a merité:

Et ne l'attend hors de soy de personne.

## B I C A R T O N .

*Non torui pauet ille minas irasque tyranni.  
Quò magè iactatur, vis magè gliscit ei.  
Solus, quæ, quanta & mereatur præmia, nouit:  
Et danda expectat non aliunde sibi.*

## S C H O L I O N .

Se contentus est sapiens ad beatè viuendum, non ad viuen-  
dum. Ad hoc enim multis illi rebus opus est: ad illud tan-  
tum animo sano, & erecto, & despiciente fortunam. Ut  
ait Seneca Epist. 9. & ibi plura huc referenda. Vide Sene-  
cam cap. 3. & sequentibus, lib. 6. de benefic. & Cic. 5. Tuscul.

## T E T R A S T I C H O N .

¶ x ¶

*V*ertu ès mœurs ne facquiert par l'estude,  
Ne par argent, ne par fauer des Roys,  
Ne par vn acte, ou par deux, ou par trois,  
Ains par constance & par longue habitude,

## B I C A R T O N .

*Argentum, Regum ve fauor, doctrina, vel actus  
Unus duntaxat, vel duo, tresue modo,  
Moralem minimè virtutem condere possunt:  
Actio nam constans crebraque conflat eam.*

## S C H O L I O N .

Quia hæc admodum philosophica sunt, præterire tac-  
tus nullo modo potui. Ait ergo Pibracius, virtutem mo-

ralem neque studio seu doctrina, neq; argento, neq; Regum  
 fauore, nec vno tantum actu, neq; duabus aut tribus solùm  
 actionibus, sed constanti & diurna bene agendi consue-  
 tudine comparari. Docet enim Aristoteles Ethicam seu  
 moralem virtutem οὐθεὶς περιέστη, Id est, confuetudine  
 seu more comparari: à quo more nomen quoq; traxit.  
 ηθικὴ namque dicitur, hoc est (vt ait Cicero) moralis: θεωρία  
 οὐθεὶς, Id est, à more, vnius tamen literæ mutatione, vo-  
 ce deducta. Aristoteles igitur de virtute morali differens,  
 enucleatè docet eam ex actionibus maximè pendere, ea-  
 rumque frequentia confirmari, vñi, more, & longa diuturna  
 que bene agendi consuetudine acquiri & perfici: nou-  
 autem sola natura vel doctrina comparari: quamuis &  
 hæc & illa ad consequendam virtutem moralem magnum  
 afferat adiumentum. Natura enī, cūm primū nasci-  
 mur, nos aptos reddit atque habiles ad iustitiam, tempe-  
 rantiam, fortitudinem, cæterasque virtutes. Quo respectu,  
 virtutem appellat Aristoteles Φυσικὴν, id est, naturalem;  
 μᾶς γὰρ δοκεῖ, inquit, ἐκατὸν τῶν ηθῶν θεάρχην φύσις  
 πατεῖ. Id est, singuli namque mores in omnibus hominibus  
 quodammodo videntur inesse naturā. Docet tamen idem  
 Aristoteles seminaria ista virtutum ac rudimenta quærere  
 habitum perfectiorem, & virtutem illam κυρίαν, longo vñi  
 & exercitatione acquisitam & confirmatam: cuius ope vir-  
 tus illa naturalis ac insita seruatur, ita vt non facile percat  
 & extinguitur. Quantum attinet ad doctrinam, tametsi  
 non sola condat, conflet, atque pariat virtutem moralem,  
 mirificè tamen actiones nostras dirigit, atque tales docet  
 obire atque exercere actiones, quales ad habitum virtutis  
 cōparandum requiruntur, atque etiam hortatur, incitat, ac  
 inflāmat ingenuos iuuenes ad ea, quæ recta & honesta sunt,  
 agenda. Quòd autem virtus moralis doctrina & disciplina  
 non comparetur, vel hinc perspicuum est, quod aliquis

possit studio perfectam assequi cognitionem omium virtutum ab Aristotele traditarum, & tamen sit homo improbus, nullaque virtutum earum, quarum cognitionem assecutus est, prædictus: ut docet magistra rerum experientia. Quot enim videmus, qui perfectè sciunt, quid sit iustitia, & tamen iniuste agunt? Sciunt, quid sit temperantia, & tamen sunt omnia maxime intemperantes? quam multo norant, quid sit fortitudo, & tamen timidi & pusilli sunt animi? Non ergo per doctrinam haberi possunt virtutes morales: alioquin acquisita perfectè doctrinâ ipsarum virtutum, efficeretur necessariò, ut virtutes ipsas haberemus, & ita puri vitiorum essemus. Quod falsum esse iam declarauimus. Etenim si cognitis virtutibus, haberemus ipsas, haud dubiè Aristoteles scripsisset libros de Moribus, ut sciremus, quid esset virtus, ex cuius notitia & cognitione viri boni fieremus. Sed non scripsit Aristoteles libros illos de Moribus ut sciremus, quid esset virtus, sed ut efficeremur, boni bene agendo. Ergo virtus moralis non paratur doctrina: neque cognitis virtutibus, verè possumus dicere nos habere virtutes. Quod autem non scripsit Aristoteles libros de Moribus, ut sciremus quid sit virtus, docet ipse lib. 2. Ethic. his verbis: ἵπει δὲ οὐ καρδιῶν πειρατείᾳ & θεωρίᾳ ἐνεκά  
 ἐστιν (ἢ γὰρ οὐ εἰδώμενος οὐτε τηλέμενος. αὐτὸν οὐ αἰσθανόμενος εἴπει εἰδέναι αὐτὸν οὐ φελογνώμενος) αισχυλάτον εἰσι  
 σκέψασθαι τὰ εἰδή τοῖς πειράσμασι, πῶς πειράζεος αὐτὰς. αὐτῷ  
 γάρ εἰσι κύριαι καὶ τοιαὶ γνέας τὰς εἰδές. Id est. Quoniam igitur negotium, quod est in manibus, non contemplationis & cognitionis causa suscepimus est (non enim quid sit virtus, querimus, ut cognoscamus, sed ut boni efficiamur, alioqui usus eius nullus foret, nihilque ad beatitudinem conferret) quemadmodum actiones obeundæ & exercendæ sint, considerandum est. In his enim situm est, ut habitus sic vel sic conformatur, & cuiusdammodi fiant. Quare

recte Epictetus inquit, μὴ γὰρ ἡ δέσμη τοῦτον, πλλάς γε υ-  
σίναις εὐωγχεῖς αἰγαλόκερα, Id est, non enim virtus hoc  
est, multos Chrysippi libros legisse. Atque ita intelligen-  
dum est, quod M. Cato dixisse fertur, Neminem fieri bo-  
num ex disciplina. Sicuti Simon ille Socratis discipulus,  
Virtutem doceri non posse contendit. Voluere profectò  
isti viri clarissimi eorum reprimere arrogantiam, qui pu-  
tant se lectis ac intellectis Philosophorum de virtute di-  
sputantium libris satis esse sapientes ac virtutum com-  
petentes: ignorantes virtutem moralem non in contempla-  
tione & cognitione, sed in praxi potius frequentique adio-  
ne versari.

### T E T R A S T I C H O N .

L X I I .

**Q** UI lit beaucoup, & iamais ne medice,  
Semble à celuy qui mange audement,  
Et de tous mets surcharge tellement  
Son estomach, que rien ne luy profite.

### B I C A R T O N .

Qui multum legit, atque nihil cum corde volutat,  
Lectaque non pensat, nec meditatur iners,  
Dixeris hunc similem lurconis, plurima raptim  
Fercula qui (stomachum mole granate) vorat.

### S C H O L I O N .

Videtur alludere ad id, quod ait Seneca Epist. 2. vbi sic  
loquitur: Illud vide, ne ista lectio multorum auctorum  
& omnis generis voluminum, habeat aliquid vagum & in-  
stable. Certis ingenii immorati & innutrii oportet, si

velis aliquid trahere, quod in animo fideliter sedeat: Numquam est, qui ubique est. In peregrinatione vitam agentibus hoc euenit, ut multa hospitia habeant, nullas amicitias. Idem accidat necesse est iis, qui nullius se ingenio familiariter applicant, sed omnia cursim & properantes transmittunt. Non prodest cibus, nec corpori accedit, qui statim sumptus emittitur. &c. & paulò post, Sed modò, inquis, hunc librum euoluere volo, modò illum. Fastidientis stomachi est, multa degustare: quæ vbi varia sunt & diuersa, inquinant, non alunt. Probatos itaque semper lege: & si quando ad alios diuertere libuerit, ad priores redi. Et cum multa percurris, vnum excerpte, quod illo die concoquas. Hoc ipse quoque facio: ex pluribus quæ lego, aliquid apprehendo. Hæc ille.

## T E T R A S T I C H O N.

L X I I I .

**M**aint vn pouuoit par temps deuenir sage,  
S'il n'eust cuide l'estre ia tout à fait.  
Quel artisan fut onc maistre parfait  
Du premier iour de son apprentissage?

## B I C A R T O N.

Complures posset sapientes reddere tempus,  
Se nisi censerent iam satis esse catos.  
Quis fuit ullâ opifex perfectus in arte magister,  
Sub tyrocinij tempora prima sui?

## S C H O L I O N.

Seneca cap. i. lib. de tranquillitate animi, Puto, inquit, multis potuisse ad sapientiam peruenire, nisi putassent se

peruenisse: nisi quædam in se dissimulassent, quædam aperi-  
tis oculis transiliissent. Non est enim quòd nos magis aliena  
iudices adulacione perire, quàm nostra. Quis sibi verum  
dicere ausus est? Quis non inter laudātium, blandientiumq;  
positus greges, plurimum tamen sibi ipse assentatus est?  
Cæterū Pibracius usurpat in hoc tetraſticho, MAINT VN,  
pro eo, quod Galli dicunt, PLVSIEVRs, vel, MAINT HOM-  
ME. Id est, multi, aut, complures. Ita loquitur Tetraſt. 87.

### Maint vn a Scylle & Charybde enité.

Et nō rarò in orationibus suis, vbi ſic inquit, Maint vn per-  
ſonnage voyōs nous florir ce iourd'huy au barreau de ceās,  
qui eſt paruenu à cette perfection & reputation, pour ne  
ſ'eftre laſſé d'eftre auditeur & ſpectateur longues années.  
Et alibi: Je croy, que maint vn en demeureroit refroidy. &c.

### T E T R A S T I C H O N.

#### L X I I I I .

**P**Etite ſource ont les groſſes riuieres.  
Qui bruit ſi haut à ſon commencement,  
N'a pas long cours, non plus que le torrent,  
Qui perd ſon nom ès prochaines fondrières.

### B I C A R T O N.

Parua ſcaturigo eſt fluuiis ingentibus: hic qui  
Sic in principio voce tonante ſonat, (nem  
Curſum habet exiguum, vt torrēs, qui lapsus in am-  
Uicinum, perdit nomen in amne ſuum.

### S C H O L I O N.

Ouid. lib. 1. de remedio Amoris:

*Flumina magna vides paruis de fontibus orta:  
Plurima collectis multiplicantur aquis.*

Ita nimis oratio quantumvis magna, grauis, & contentiousa futura sit, non debet statim initio tota se profundere, sed tranquillo lenique paulatim assurgere principio. Namque omnia quae sunt, quaque aguntur acerrime, senioribus principiis natura ipsa praetexit. ut ait Cicero libr. 2. de Orat. Nam si ortum rerum naturalium inspicere velimus,

*Molliter exsurgunt rapidi spiramina venti.*

*Et mare, quod resono iam verberat aethera fluctu,*

*Ante mouebatur leuiter, st abatque quietum*

*Anie diu, horris sonas Cælo quam tolleret vndas.*

*Coguntur gracili nubes tenuique vapore,*

*Unde cadunt imbris grauidi: tonitruq; tremendo*

*Nubiferæ sonuere auræ, sed parua fuerunt*

*Murmura per densas primū exorientia nubes.*

Vt inter amicos olim diximus, cum ex tempore carmina funderemus, & haec non pessima. Pibracius autem noster eum, qui principiò nimis alta voce vtitur, tumido rapidòq; torrenti comparat breuem & exiguum habenti cursum, ita ut lapsus in vicinum gurgitem seu amnem, nomen inibi suum amittat, iuxta illud Lucani lib. 1.

*Hi vada liquerunt Isarae, qui gurgite ductus*

*Per tam multa suo, fama maioris in amnem*

*Lapsus, ad æquoreas nomen non pertulit vndas.*

Isara namque lapsus in Rhodanum, suum ibi nomen amittit. Ita statim frangitur vox eius, qui non vult initio moderari vocem, & summissè loqui sed tonare. Orationem igitur habiturus quispiam imitabitur bonos gladiatores,

qui (vt docet Cic. lib. 2. de Orat.) primas hastas ita iactant leuiter, vt & venustati vel maximè seruiant, & reliquis viribus suis consulant, quæ maximè debilitarentur, si principio totos conatus & impetus effunderent. Sic principiū orationis remissius ferri debet, non vehementer, non pugnaciter, vt aliae partes, in quas dicendi vehementia conuenit. Nunquam ne igitur, inquies, vtendum erit vehementi principio? Sane (vt ait Cicero) non est dubium, quin exordium dicendi vehemens & pugnat non s'epè esse debet. Quando igitur debebit? nimirum, cum aliquid incidit dignum maiore conatu, & ex abrupto incipiendum est, vt ipse facit contra Catilinam. Cauendum interea ne vocem & fauces acuta exclamatio[n]e vulneremus, lēdamusque auditorem. Quid insuauius, quam clamor in exordio cauſa? vt ait auctor ad Herennium lib. 3. firmam igitur quam maximè poterimus in dicendo vocem conseruare (vt idem inquit) si quam maximè sedata & depressa voce principia dilcernus. Nam lēduntur arteriæ, si antequam leni voce permulsa sunt, acri clamore compleantur.

### T E T R A S T I C H O N.

L X V.

**M**AUDIT CELUY, QUI FRAUDE LA SEMENCE,  
OU QUI RETIENT LE SALAIRE PROMIS  
AU MERCENAIRE: OU QUI DE SES AMIS  
NE SE SOUVIENT, SI NON EN LEUR PRESENCE.

### B I C A R T O N.

DIRUS IS EST, ALMAE FRAUDAT QUI SEMINA TERRÆ:  
CONDUCTIVE OPERIS PRÆMIA PACTA NEGAT.  
ET MISI CONSPICIAS, FIDOS OBLITUS AMICOS,  
ABSENTES NULLO TEMPORE CURAT EOS.

## S C H O L I O N.

Ego Pibracium de terræ seminibus arbitror esse locutum, non de stipendio fructuque debito laboribus, indeque expectando, ut voluit quidam familiaris meus, qui putauit secundum versum esse pirmi versus velut epexegeſin & expositionem. Ego tamen illi quanquam eruditio viro, mihiq[ue] amicissimo non accedo, sed versum illum de terræ seminibus intellectum volo. Ergo sicuti Fraudare stipendum militum, ait Cæſar lib. 3. bellor. Civil. pro eo, quod est, retinere, & non persoluere: sic ego dico cum fraudare semina terræ, qui terram fraudat suis seminibus, apud se retinet, & in suos usus conuertit accepta in eum suam, ut bona fide terræ almæ matri mandaret. Exempli gratia, Ego terras possedeo, curo colendas, do bona semina illis mandanda, quæ fidei coloni mei committo, ut in patria ſæpe feci, atque iterum facturum me confido. Quod si malus ille, cui mea concredo semina, vel ea furto imminuerit, vel bona malis permuttererit, nonne fur dirus erit & execrandus? fraudat me, fraudat aliam matrem terram ille terræ filius detestabilis. Potui autem versum illum vel sic vertere.

*Dirus is est, aliam fraudat qui semine terram.*  
Ad verbum autem sic:

*Dirus & execrandus is est, qui semina fraudat.*  
Vel sic:

*Qui semen fraudat, planè execrabilis ille est.*  
Aut sic:

*Semina qui fraudat, prorsum execrabilis ille est.*  
Attu lector, quem malueris versum elige. Iam verò nonne fraudat semen, qui creat fraudem semini? qui mala fraude

nocet illi? Extat enim lex in 12. Tabulis: Qui fruges  
excantassit poenas dato. Et Seruius in AEGLOG. Virg. 8.

*Atque satas alio vidi traducere messes.*

Magicis, inquit, quibusdam arribus hoc siebat. Vnde est in  
12. Tabul. Ne alienam segetem pelleteris incantando. Et  
alia lex, Ne incantanto, ne agrum defraudanto. Qua de  
te Alexander ab Alexandro cap. 10. lib. 6. Apuleius in  
Apologia. Plin. cap. 2. lib. 28. Et Ouid. 3. Amor.

*Carmine laesa Ceres sterile vanescit in herbam:*

*Deficiunt laesi carmine fontis aquæ.*

*Ilicibus glandes, cantataque vitibus sua*

*Decidit, & nullo poma mouente fluunt.*

Pibracius certè quidem aut hoc aut illud innuere vide-  
tur, aut fallor ut humanus. Cæterum quantum attinet ad  
præmium mercenario debitum, sanè Tobias filium suum  
instruens cap. 4. inquit: Ne moretur apud te merces vlli  
hominis, cuius opera vsus fueris: sed eam protinus illi de-  
pende. Et Deuteronom. 24. Eadem die reddes ei pretium la-  
boris sui ante Solis occasum. &c. Vide cap. 5. Epist. Iacobi.

## TETRASTICHON.

L X V I.

**N**E te pariure en aucune maniere,  
Et si tu es constraint faire serment,  
Le Ciel ne iure, ou l'homme, ou l'element,  
Ains par le nom de la Cause premiere:

## B I C A R T O N.

*Periurare caue: sinde iurare coactus  
 Forsan eris, facies, quæ mea Musa monet:  
 Non Cælos, Elementa, homines iurabis, at eius  
 Nomen, qui imperium, quâ patet Orbis, habet.*

## S C H O L I O N.

Iuramentum esse licitum sacræ literæ confirmant. Per memet ipsum iuraui (inquit Dominus Genes. 22. Abrahamum alloquens) quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo unigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Nam (ut ait Paulus ad Hebr. cap. 6.) homines quidem per eum iurant, qui sit maior: Deus autem neminem habuit, per quem iuraret maiorem: iurauit igitur per semetipsum. Qui & David iurauit. Unde Psalm. 131. Iurauit Dominus Davidi veritatem, & non frustrabitur eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et Psalm. 109. Iurauit Dominus & non pœnitabit eum. Ergo iurare licet. Dominum Deum tuum timebis, & per nomen eius iurabis. Deuterona. 6. Et David Psalm. 62. Rex, inquit, habitabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo. Et Psalm. 14. Qui iurat proximo suo, & non decipit, habitabit in tabernaculo tuo. At enim uero Christus omne ius iurandum prohibere videtur Matth. cap. 5. vbi sic loquitur: Audistis, quia dictum est antiquis (Leuit. 19. Exod. 20.) non peierabis, sed persolues domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, ne iuretis omnino, neque per Cælum, quia thronus Dei est: neque per terram, quia scabellum est pedum eius: neque per Hierosolymam, quia ciuitas est magni Regis: neque per caput tuum iurabis, quia non potes unum pilum album aut nigrum facere. Sit autem sermo vester,

**E S T , E S T & N O N , N O N .** Porro quod amplius his est, ex malo est. Ergo videtur his Christi verbis omnicius iurandum esse prohibitum. Respondeo cum Theologis præceptoribus meis, vocem, iurare, pro periurare (vt cum Plauto loquar) aut peierare, poni: vel subaudiri vocem illam, verbo iungendam, nempe falsum aut temerè. Quasi dicat, Ego dico vobis, ne iuretis omnino falso, & temerè, aut ne periuretis aut peiceretis. Hæc interpretatio liquidò dilucet ex iis quæ apud Zachariam scripta sunt cap. 5. & Levit. 5. Vbi ita scriptum est. Si peccauerit anima & audierit vocem iurantis, testisque fuerit, quod aut ipse vidi, aut conscientia est, nisi indicauerit, portabit iniuriam suam. Quod rectissimè Augustinus de falso iurante interpretatur, quod & textus ipse exigit. Et apud Ecclesiast. cap. 9. pro eo, quod vulgo legitur, Ut periurus, ita & ille qui rerum deierat: legunt Septuaginta interpretes, Ut iurans, ita & ille qui iuramentum timet: indubie iurantem pro peierante ponentes. Prohibet ergo Christus iurare omnino, id est, peierare, aut falso iurare, aut temerè, nulla cogente necessitate, nullaque legitima causa interueniente iurare. Nam rogat aliquis, liceat ne iurare per creaturas? Non, inquiet ille: quia Dominus iurare vetat, per cœlum, per terram, per caput tuum, & per alias eiusmodi creaturas. At Ioseph Genes. 42. iurat. Per salutem, inquiens, Pharaonis non egrediemini hinc, donec frater vester minimus veniat: hoc est, quam saluum cupio. Pharaonem regem meum, tam certum est, me non dimissurum vos, nisi adduxeritis vestrum fratrem. Nonne etiam Abigail. 1. Samuël. 25. iurans, Viuit, inquit, Dominus, & viuit anima tua: hoc est, quam certum est, quod & Dominus viuit, & anima tua viuit, tam certum est, te diuinitus prohiberi, ne exerceas illegitimam vltionem. Ergo vel horum iuramentum per creaturas factum, reprobandum est: vel licet

iurare per creaturas, aduersus Christi præceptum. Respon-  
deat fortè quispiam Diui Augustini verbis vtens : Non de-  
bere nos semper imitari & probare, quicquid homines  
probati egerunt : sed iudicium scripturarum adhibere, &  
animaduertere, an illæ probent facta. Certè Optatus Afer  
Mileuitanus libro contra heresim Donatistarum composi-  
to, hoc tanquam indubium erroris ac impietatis eorum  
argumentum iis obiicit, quod Donatus & sectatores eius  
permittebant omnibus, iurare per eos : hoc modo adæ-  
quantes se Deo, atque arrogantia Diabolica se tollentes  
contra celsam & diuinam ipsius maiestatem. Et Clemens  
Alexandrinus lib. 7. *spōμ.* vbi nomen Regis aut principis  
interponitur, non iam iuriandum est, dicit, sed quasi iuriandum.  
Nam sæculo Clementis iurabatur, per Impera-  
torem, per Maiestatem, per Venerationem, per Nomen, per  
Salutem, per Genium Principis. Quod & perspicuum est ex  
Pandectis Iuris Civilis, & Codice Theodosiano & Iustinia-  
nico, & Nouell. Leonis, de Tabul. Illud autem mirum, quod  
iure Romano non puniebatur, qui per Deum peierauerat,  
sed eum Censores tantummodo notabant, quorum nota  
animaduersio & auctoritas dicebatur potius quam iudici-  
um, neq; certè infamabat. Namque aliquod huiusc vesti-  
gium infamia conspiceretur in titulo, De his qui notantur  
infamia. Nota Censoria pudorem tantum incutiebat iis,  
qui per Deum peierassen. Qui autem per Principem peie-  
rauerat, reus erat criminis læsæ Maiestatis, & fustibus casti-  
gatus dimittebatur tali elogio insignitus, *περιτίλως μὴ*  
*οὐρανός,* id est, petulanter & temerè ne iurato. Ut docet Vi-  
pianus in L. si duo. §. ultimo. D. de iure iurando lib. 12.  
D. Tit. 2. Nempe grauius crimen, & grauiore poena mul-  
tantum, offendere hominem quam Deum, existimarent illi  
cæci ethnici. Quid ergo dicendum? licet ne iurare per crea-  
turæ, an per solum creatorum Deum? Nonne si quis iura-

ret per Euangelion Christi, aut per sanctos Dei, & intel-  
ligereret, se hoc, quod affirmat, tam certò testificari, quam  
certum est, Euangelion Christi esse verissimum: aut san-  
ctos Dei cum Christo viuere, pium esset iuramentum? Quo-  
modo enim per se impium? Respondeo cum Theologis,  
nihil prohibere quo minus iuretur per creaturas, si mo-  
dò piè intelligatur: videlicet, non ut creaturis tribuatur  
honor creatoris & seruatoris, sed ut contestatione alte-  
rius veritatis in creatura, altera veritas confirmetur. Nam  
quod Christus prohibet iurare per Cœlum, terram, aut  
alias creaturas, intelligendum est de priuatis & temerariis  
iuramentis, quæ ne per nomen quidem Dei facienda sunt.

## T E T R A S T I C H O N.

L X V I I.

*C*A R Dieu qui hait le pariure execrable,  
Et le punit, comme il a merité,  
Ne veut que lon tesmoigne vérité  
Par ce qui est mensonger ou muable.

## B I C A R T O N.

*N*am qui periuros odit, punitque nefandis  
Pro meritis, Mundi conditor atque pater,  
Non per id, ex se se quod sit mutabile, mendax,  
Vult testem dictis conciliare fidem.

Ad verbum sic:

*N*on per id, ex se se quod sit mutabile, mendax,  
Vult, quid vti veri testificetur homo.

## TETRASTICHON.

LXVIII.

**V**N art sans plus, en luy seul t'exercite,  
Et du mestier d'autruy ne t'empeschant,  
Va dans le tien le parfaict recherchant,  
Car exceller n'est pas gloire petite.

## BICARTON.

*Arte aliqua exerce modo te vigilanter in una,  
Nec pariat curas ars aliena tibi.  
Quare tuâ potius perfectum quod sit in arte:  
Namque excellenti magnus habetur honos.*

## TETRASTICHON.

LXIX.

**P**lus n'embrasser, que l'on ne peut estraindre,  
Aux grands estats, conuoiteux, n'aspirez,  
User des biens, & ne les desirer,  
Ne souhaiter la mort, & ne la craindre.

## BICARTON.

*Laus quoq, non plus amplecti, quam brachia strin-  
Et si non magni vexet honoris amor: (gant:  
Uti opibus, sed opes non affectare caducas:  
Non optare mori, nec timuisse mori.*

Vel sic:

*Laus quoque, non audiē titulos ambire superbos:*

*Et tantum aggredier viribus aqua tuis.*

Vel sic:

*Et modo conari viribus aqua tuis.*

### TETRASTICHON.

LXX.

**I**l ne faut pas aux plaisirs de la couche  
De chasteté restringre le beau don:  
Et ce pendant liurer à l'abandon  
Ses yeux, ses mains, son oreille, & sa bouche.

### BICARTON.

*Sic castam puramque veli traducere vitam,  
Non satis est, vetitis abstinuisse toris:  
Contineat oculos, Lingua amque, auresq; manusque:  
Castus sis oculus, auribus, ore, manu.*

### TETRASTICHON.

LXXI.

**H**A! le dur coup qu'est celuy de l'oreille!  
On en deuient quelquefois forcené:  
Et mesmes lors qu'il nous est assené  
D'un beau parler plein de douce merueille.

### BICARTON.

*Quādūro rigidōque, papa! percellitur iectu  
Auris, sāpe animum lymphet ut inde furor?  
Actum præcipue, liquidi quum spargitur auris  
Eloquij miro melle fluente modo?*

## TETRASTICHON.

L X V I I .

**M**ieux nous vaudroit des aureillettes prendre,  
 Pour nous sauver de ces coups dangereux.  
 Par là s'armoyent les pugils valeureux,  
 Quand sur l'arene il leur falloit descendre.

## BICARTON.

*Praestiterit geminae iunxitisse amphoridac auri,  
 Unde à lethifero verbere tutus eas.  
 Sic soliti pugiles tutum prætendere tegmen  
 Auribus, ad pugnam Marte vocante trucem.*

## SCHOLION.

Ἀμφῶδης, tegmen vel mumentum auris est. Ἀμφῶδας autem habebant athletæ circa aures. Plutarchus de auditione : διὸ καὶ ξενωκέρης τοῖς παισὶ μᾶλλον ἢ τοῖς ἀθλητῶις ἐνέλθε τειχίσας ἀμφῶδας, ὃς ἐκεῖνων μὲν τῷσι πληγῇσι τὰ ὄτα, πόταν ἢ ταῦτη τοῖς λόγοις Διερεφομένων, Id est, Ideò Xenocrates pueris potius quam athletis iubebat alligare ἀμφῶδας. quippe quum horum aures plagis, illorum autem mores sermonibus distorti reddantur. Digna sunt illa iusti Lipsii εἰς ἄκρου τὸ πυρεῖας ἐληλακότες verba quæ his Plutarchi annectantur. Alle igitur Epist. 22. Centuri. Philippum Lanoyum, nobilissimum (ut vocat) iuuenem, qui tum in Italiam, cogitabat, sic affatur : Ecce armaturam à me duplicem, Oculis Auribusque. Oculos inquam, primum mihi clade, & auerte longè ab illecebrosa hoc adspectu. Aditus enim mali morbi hinc est : nec amor ant

cupido facilè irruperit, nisi per geminas has fenestras. Sed & Aures etiam muni, contra omnes non Venereos solum sed paullò magis venustos sermones. Ii sunt enim qui titillant, qui excitant: & vt cupere ab aspectu est, sic velle ab auditu. Igitur vt athletis olim, munimenta quædam aurium adponi mos (*αμφωθεας* vocabant) ad vitandos iictus: sic tu hoc firmum cōtra amatoria vulnera habe velamentum, Amatorium nil audire. Hæc ille.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X I I I.

**C**E qui en nous par l'oreille penetre  
Dans le cerneau coule soudainement,  
Et ne s'aurions y pouruoir autrement,  
Que tenant close au mal ceste fenestre.

## B I C A R T O N.

In nos quæ penetrant cupidas immissa per aures,  
In cerebrum subito qualia cunque fluunt,  
Istas ergo malo venienti clade fenestras:  
Obstandi modus est optimus iste malo.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X I I I I.

**P**Arler beaucoup on ne peut sans mensonge,  
Ou pour le moins sans quelque vanité.  
Le parler brief convient à vérité,  
Et l'autre est propre à la fable & au songe

A a

## B I C A R T O N.

*Prodit mendaces & multiloquemia vanos.*

*Nam tu multa nequis & simul apta loqui.  
Contentum est paucis verum memorabile verbis:*

*Somnia, fabellæ gurrulitate tument.*

## S C H O L I O N.

*Χωεὶς Τὸς ἐπῶν πολλὰ καὶ τὰ καίστα,      Id est,  
Seiuncta sunt haec, multa & apta dicere,*

vt vertit Erasmus, Adagio, Non est eiusdem & multa & opportuna dicere. Vbi plura huc referenda vide. Sed oratio concisa breuisque an præstabilior sit, vide Cælium Rhodiginum cap. 3. lib. 25. dicebat autem Philemon τὸν μὴ λέγοντα τὸ δεόντων μηδὲ εὐ, μακρὸν νόμιζε, καὶν δύναται πησθαι. τὸ δὲ εὖ λέγοντα, μὴ νόμιζε εἶναι μακρὸν, μηδὲ αὐτὸφέρειν πολλὰ καὶ πλινθεῖσάν τοις ζεόντοι. Id est, eum, qui nihil opportunè dicit, longum existima, licet duas tantum syllabas pronunciarit. At bene dicentem ne longum existimes, quanvis permulta dixerit, & longo tempore. Huius(inquit) indicium Homerum accipe. Is enim nobis myriades scripsit versuum. ἀλλ' οὐδὲ εἰς Ὀμῆρον εἴρηκε μακρόν, Id est, nullus tamen Homerum appellauit longum.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X V.

**D**U Memphien la graue contenance  
Lors que sa bouche il serre avec le doigt,  
Mieux que Platon nous monstre comme on doit  
Reuerement honorer le silence.

## B I C A R T O N.

*Harpocrates Phariū numen venerabile terris*

*Erecto digito dum sua labra premit.*

*Ostendit melius, Plato quām grauis, esse colendam*

*Sigen: quæ nobis commoda magna ferat.*

## S C H O L I O N.

Harpocrates AEgyptiorum Deus pingebatur clauso ore,  
digito labris admoto: quo significabatur, adhibenda esse  
linguae fræna. Ouidius:

*Quique premit vocem, digitōque silentia suader.*

## T E T R A S T I C H O N.

L X X V I.

*C*omme l'on voit à l'ouurir de la porte  
D'un cabinet Royal maint beau tableau,  
Etainte antiquaille, & tout ce que de beau  
Le Portugais des Indes nous apporte:.

## B I C A R T O N.

*Conclavi ut Regis cimelia habente recluso,*

*Cernas complures eximias tabulas,*

*Multa antiqua, & quicquid Lusitanus ab Indis*

*Huc pulchrum & rarum magnificumq; rebit.*

## TETRASTICHON.

LXXXVII.

**A**insi desflors que l'homme qui medite,  
Et est sçauant, commence de s'ouurir,  
Un grand thresor vient à se descourir  
Thresor cache au puits de Democrite.

## BICARTON.

Sic ubi vir gnarus rerum, quas pectore versat,  
Ulro animi referat scrinia pulchra sui:  
Qualis Democriti puto celatur in alto,  
Ingens thesaurus se se aperire solet.

## TETRASTICHON.

LXXXVIII.

**O**n dit soudain, voila qui fut de Grece,  
Cecy de Rome, & cela d'un tel lieu,  
Et le dernier est tiré de l'Hebrieu:  
Mais tout en somme est remply de sagesse.

## BICARTON.

Hinc ea vox subito: monumentum hoc Gracia diues,  
Illud Roma potens, talis id ora dedit:  
Istud ab Hebraeis postremum genere profectum est:  
Et Sophia sunt haec omnia facta bonis.

## SCHOLION.

Pibracius, Mainte antiquaille, vocat antiqua monimenta,

veteraque nomismata, Medailles antiques, vt ipse nuncupat in oratione quadam: vbi totam hanc comparationem ipse patro sermone sic explicat: O que ce Grec a bien rencontré, qui a comparé la bouche de l'homme docte & sçauant à la porte d'un cabinet Royal. Car tout ainsi (dit-il) que quand la porte du cabinet s'ouvre, soudain apparoissent & se présentent devant nos yeux mille belles singularitez, tantost un tableau d'Appelles, ou de Zeuzis, tantost un chef-d'œuvre de Praxitiles ou de Phidias, tant de belles medailles antiques, tant de choses exquises recherchées curieusement, & apportées des pays lointains & estranges, & le tout ageancé & disposé leans avec un merveilleux ordre. Ainsi lors que la bouche de l'homme sçauant se declost & s'ouvre pour parler, ceux qui escoutent, disent, voyla un beau traict de Platon, en voyla un autre d'Aristote, celuy sent son Academie, & celuy son Licée. Bref il n'y a obiect qui se presente à nos yeux tant agreable, ny Musique si harmonieuse, qui tant nous puisse delecter, quam erudita docti hominis oratio. Hæc ille. Gallici porrò sermonis sensum si quis requirat, hic est: O quam venusta comparatione vsus est ille Græcus, qui os hominis docti ac eruditii ostio Regalis cimeliarchii contulit? Sicut enim adaperto (inquit) Regii cimeliarchii ostio, mille res singulares & eximiae nostris oculis conspiciendæ subito produntur. modò enim tabulam Appellis, aut Zeuxis, modò Praxitilis aut Phidiæ perfectum opus est videre, plurimaque antiqua numismata, plurimas res exquisitas vndeque & collectas, atque è longinquis remotisque terris arcessitas & comportatas, quarum omnium ordo quidam & dispositio mirabilis ac iucunda conspicitur: Ita me hercule cum vir doctus os suum aperuit ad loquendum, dicunt exemplò, qui audiunt, ecce pulchrum Platonis dictum, en aliud Aristotelis: illud Academiam, hoc Liceum redolet. denique vt

verba in pauca conferam, nullum est obiectum oculorum sensui tam gratum & iucundum, nulla cantio tam suavis & harmonica, quæque nos tam recreet, reficiat, delectet, quam erudita docti hominis oratio. Itaque quemadmodum ad ædilitios ludos magnificè exornandos, ædiles ex omni ferè orbe terrarum tabulas pictas, simulachra, signa, vasa, aulæa, tapetas, vestes, margaritas, gemmas, & id genus ornamenta quærebant, colligebant, arcessebant, atque comportabant : sic ad nostræ laudem orationis & splendorem, apparatu nobis opus est & rebus exquisitis vndique & collectis, arcessitis, comportatis, id est, omni doctrinæ genere afflentibus. ut rectè monet Crassus libro tertio de oratore. Huc autem referendum & illud Socratis, Εποφεδ σέμιατρο ανοιχθέντος, καθάπερ ιεροῦ, τὰ τῆς ψυχῆς καλὰ βλέπεται, ὡσερ ἀγαθάτα, id est, cùm sapiens os suum aperuerit, tanquam templum, ibi pulchra animi simulachra conspiciuntur. Illud etiam quod Themistocles in genere dixit de oratione, ad viri docti & sapientis orationem aptissimè transferri accommodari que poterit, & hoc referri. Hic enim, teste Plutarcho, ἔφη τὸν λόγον ἐσκέψαντος τῶν πικίλοις σρώμασιν. οὐ γὰρ ἔκτινα, καὶ τοῦτο ἐκτενόμενον μὲν ὑποδεικνύων τὰ ἄδη. συστελλόμενον δὲ, κρύπτει καὶ Διαφθείρει. Id est, orationem variis pictisque stragulis similem esse dixit. Ut enim illa, sic hanc extentam ostentare imagines & figuræ: contractam verò, occultare atque delere.

Quantum attinet ad thesaurum in puteo Democriti latentem, intelligit Pibracius veritatem in profundo demersam ut ait Cicero. Democriti dictum, ἐν βυθῷ η ἀνθεῖα. Vnde Seneca cap.i. lib. 7. de beneficiis, Inuoluta, inquit, veritas in alto latet. Id est, εν βυθῷ, in profundo.

## TETRASTICHON.

LXXXIX.

**N**Ostre heur, pour grand qu'il soit, nous semble  
moindre.

Les seps d'autruy portent plus de raisins.

Mais quant aux maulx que souffrent nos voisins,  
C'est moins que rien, ils ont tort de s'en plaindre.

## BICARTON.

*Sors melior nostrâ nobis aliena videtur.*

*Vitibus haud nostris est magis vua frequens.*

*At nostros nihil omnino tolerare malorum*

*Vicinos remur, nec mala iure queri.*

## SCHOLION.

Ouidius libro primo de arte amandi.

*Sed cur fallaris, cùm sit noua grata voluptas,*

*Et capiant animos plus aliena suis?*

*Fertilior seges est alienis semper in agris?*

*Vicinumque pecus grandius uber habet:*

## TETRASTICHON.

LXXXI.

**A**L'enuieux nul tourment ie n'ordonne.  
Il est de soy le iuge & le bourreau,  
Et ne fut onc de Denis le Taureau  
Supplice tel, que celuy qu'il se donne.

## B I C A R T O N.

*Nullas inuidiâ liuentibus irrogo pœnas.*

*Inuidus, & iudex tortor & ipse sui est.  
Et magè torquetur proprio Liuore, tyranni  
Quàm qui Sicanù mugit ore bouis.*

## S C H O L I O N.

Silius Italicus,

*Inuidia Siculi non iuuenere tyranni  
Maius tormentum.*

οφθόγρος (inquit Iosocrates) μέγιστον κακὸν τοῖς ἔχοσιν εἴη,  
Id est, inuidia maximo malo se possidentibus est. Ceterum Pibracius huc Dionysio tribuit taurum, quem Perillus  
Phalaridi fabricauit. Vide Ouid. Eleg. II. lib. 3. Tristium  
& in Ibin.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X X I.

*Pour bien au vif peindre la calumnie,  
Il la faudroit peindre quand on la sente.  
Qui par bon heur d'elle ne se ressent,  
Croire ne peut qu'elle est ceste furie.*

## B I C A R T O N.

*Si cui sit graphicè depicta calumnia cordi,*

*Ut primùm sentit, pingere debet eam.*

*Nam quem felicem non tetra calumnia carpit,*

*Non credat, furia haec tam quod acerba furit.*

## TETRASTICHON.

LXXXII.

**E**LLÈ ne fait en l'air sa residence,  
**N**y sous les eaux, ny au profond des bois,  
**S**a maison est aux oreilles des Roys,  
**D**'où elle braue & festrît l'innocence.

## BICARTON.

*Aëris in campis minimè syluaque profunda,*  
*Nec sub cœruleis perfida degit aquis:*  
*Auribus in patulis Regum est domus ampla sed illi:*  
*Hinc premit insontis comminuitque decus.*

## TETRASTICHON.

LXXXIII.

**Q**Uand vne fois ce monstre nous attache,  
**I**l sçait si fort ses cordillons nouer,  
**Q**ue bien qu'on puisse en fin les desnouer,  
**R**estent tous-iours les marques de l'attache.

## BICARTON.

*Hoc tibi si semel iniiciat sua vincula monstrum,*  
*Nodis tam validis nectere nouit ea,*  
*Ut licet eualeas tandem dissoluere nodos,*  
*T estenatur nexus signa relicta tamen.*

## SCHOLION.

Medius quidam ex Alexandri adulatoribus, alios hortari

solebat, ut calumnias in quemuis audacter conflarent. Nam etiam si, inquit, vulnus personarit is qui delatus est, manebit tamen cicatrix. Quis Diabolus tam impius, qui rem magis nefariam suggesterat? Quapropter Ifocrates iubet nos metuere calumnias, et si falsæ sint: quia plerique, inquit, veritatem ignorant, eamque tantum, quæ de aliquo haberur, opinionem spectant. Eius verba sunt, Εὐλαβεῖ τὰς Διάβολάς, καὶ προδίαις ὁσιοῖς οἱ γὰρ πόλοι τὰς μὲν ἀληθεῖς αὔγονται, πέρος δὲ τὰς δόξας διπλάσιες. Demosthenes autem his veluti respondens, inquit: Διάβολοις πορεῶ μὲν ἵχυραν ἐργάζονται τὰς ακέσους τὰς ταπείλης, γέροντας δὲ πάντων αὐτερείσας γίνεσθαι. Id est, calumniam aliquantis per quidem audientium opinionem confirmare: progressu vero temporis nihil ipsa imbecilius esse.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X I I I .

**I**Uge, ne donne en ta cause sentence.  
**I**Chacun se trompe en son faict aisement.  
**N**ostre interest force le iugement,  
**E**t d'un costé fait pancher la balance.

## B I C A R T O N.

*Esse tua index in caussa definie index:  
 In re cœclitat quisque sua facile.  
 Priuata vtilitas pretendens nubila menti  
 Non æquâ iustum pendere lance sinit.*

## S C H O L I O N.

Iniquum est, aliquem suæ rei iudicem fieri, ut ait Vlpianus in L. 17. D. de iudicüs. Atque ut idem ait, in L. 10. D.

de iurisdictione, qui iurisdictioni p̄r̄est, sibi ius dicere non debet. Et Impp. Valens, Gratianus, & Valentinianus in L. vnica, C. ne quis in sua caussa iudicet, vel ius sibi dicat, Generali, inquiunt, Lege decernimus, neminem sibi esse iudicem, vel ius sibi dicere debere: In re enim propria iniquum admodum est, alicui licentiam tribuere sententia.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X X V.

**D**Effus la Loy res iugemens arreste,  
Et non sur l'homme : ell' sans affection,  
L'homme au contraire est plein de passion,  
L'un tient de Dieu, l'autre tient de la besté.

## B I C A R T O N.

*Iudicium fac, non ut vult homo, sed iubet ut lex:  
Affectu namque hæc omnibus æqua caret:  
Ille sed omnigenis affectibus æstuat acer:  
Æmulus est brutis sic homo, Lex que Dei.*

## S C H O L I O N.

Omnis cauſas legibus definiendas esse docet multis argumentis Aristoteles lib. i. Rheticorum, non longè à principio. Neque enim ad hoc ſedet iudex, ut per gratiam concedat, ſed ut iudicet ſecundum leges. ut apud Platonem Socrates refert, Ταῦτα καὶ ὡμόμονεν, inquit, ἢ χαριτάτως οἷς αἱ δοκῆσι τῷ, αἱλὰ δικάζειν τοὺς νόμους, Id eft, atque id iureiurando promiſit, non per gratiam cuicunque libuerit condonare, ſed iudicare ſecundum leges. Eſt enim (ut ait Cicero) ſapientis iudicis, ſemper non quæ velit ipſe, ſed

quid lex & religio cogat, cogitare. Neque potest dici iudicium, nisi secundum leges fiat. L. nemq. C. de sententiis & interlocutionibus omnium iudicium.

### T E T R A S T I C H O N.

L X X X V I.

**L**E nombre sainct se iuge par sa preuue,  
Tous-iours égal, entier ou departi:  
Le droict aussi en atomes parti  
Semblable à soy tous-iours égal se tenuue.

### B I C A R T O N.

*Æ qualis semper manet integer atque tributus  
In partes numerus, quem liquet esse sacrum.  
In tenues sectumque atomos ius permanet æquum,  
Usque sibi constans, usque sibi simile.*

### S C H O L I O N.

Per sacrum numerum intelligo quaternarium. de quo multa Henricus Cor. Agrippa cap. 7. lib. 2. de occulta philosophia: & Cælius Rhodiginus cap. 14. lib. 18. & cap. 11. lib. 22. Sicut autem partes quadrati numeri similes sunt ac æquales: sic & iuris partes se habent ubique iusta & sibi similes. Quadratum porrò numerum erudit vocant, ex se ipso in se ipsum resultantem, ut quater quatuor sedecim constituant. Et numerus quaternarius par & æqualis est, & in partes æquales, nimirum in duos binarios diuiditur. Sic totum ius semper sibi simile est & æquale: hoc est, semper iustum & rectum, omnesque partes eius, eiusmodi. Sed de his plura in Commentario nostro.

## T E T R A S T I C H O N .

L X X X V I I .

**N**ouveau Ulysse appren du long voyage  
A gouverner Ichaque en équité.  
Maint vn a Scylle & Charybde euté,  
Qui huret au port, & chez soy fait naufrage.

## B I C A R T O N .

*Qui varias peragasti oras, velut alter Ulysses,*  
*Disce Ithacam recto flectere iure tuam.*  
*Scimus, qui Scyllam vitarunt atque Charybdim,*  
*In portu allisam præcipitasse ratem.*

## S C H O L I O N .

De peregrinatione vide 104. epistolam Senecæ, & luculentam illam iusti Lypsi epistolam 22. Centuriæ 1. Cæterum primus versus Pibracii ob hiatum durior appetet. Ideoque nonnulli fortasse, pro, Nouveau Vlysse, dicerent, Nouvel Vlysse: & pro, Ithaque (quia vox ista duriuscula videtur) dicerent, Les tiens. Sed ego nihil muto. Nam & Gellius cap. 20. lib. 7. hiatum istum vltro à quibusdam ad orationis concinnitatem etiam affectatum scribit, inter quos Catullus quoque commemoratur, & Homerus. Sed nec veritus est hiare Sallustius, ait enim, Et cuncta à Bestia Albino. Quoties hiat Virgilius omnium iuncturarum exactissima trutina? Omitto enim Sub Ilio alto: &, insulæ Ionio in magno: &, Turrigeræ Antemnæ: &, Neptuno Ageo: & Ter sunt conati imponere Pelio Ossam. Nam & in 4. Aeneid cùm dicere potuisset, Aut quæ spes inimica in gente moratur? maluit ita hiare, aut qua spe inimica

in gente moratur? Et in 4. Georg. vbi erat in promptu dice-  
re, Flerunt Rhodopeia saxa, maluit, Rhodopeiæ arcæ.  
Quoties hiat Demosthenes? quoties Plato? quoties ipse  
Cicero? Vide Iulii Cæsaris Scaligeri orationem pro Marco  
Tullio Cicerone contra Erasumum Roterodamum. Sed vt ad  
principem Gallicorum poëtarum veniam, quories hiat Rô-  
sardus? Nonne vastus est ille hiatus in diuina eius Fraciade?

*Où au milieu on amasse vn bucher?*

Quare Ronsardus ipse in præfatione Franciadi præfixa in-  
quit: J'auois aussi pensé que les mots finissans par voyelles  
& diphthongues, & rencontrans apres vn autre vocalbe  
commençant par vne voyelle ou diphthongue, rendoit le  
vers rude: J'ay appris d'Homere & de Virgile, que cela  
n'estoit point mal-féant. Je suis d'aduis de permettre quel-  
que licence à nos poëtes François, pourueu qu'elle soit ra-  
ttement prise. Stet ergo Pibracii versus, vt ab ipso composi-  
tus est, nec eum audeat criticus censoria nota perstringe.  
Habet enim ille tanquam hiatus concursu vocalium  
molle quiddam, vt ait Cicero.

### T E T R A S T I C H O N.

LXXXVIII.

*S*Onge long temps auant que de promettre.  
Mais si tu as quelque chose promis,  
Quoy que ce soit, & fust-ce aux ennemis,  
De l'accomplir en deuoir te faut mettre.

### B I C A R T O N.

*N*e temere quicquam promitte: diuine reuolute  
Ante animo, quam quid polliceare tuo.  
Et si vel saeo quicquam promiseris hosti,  
Quâ potes efficias sedulitate memor.

## S C H O L I O N.

Ait Ecclesiasticus cap.8. Supra vires tuas ne quid sponderas. Quòd si spoponderis, vt qui præstaturus sis illud, esto sollicitus. Et alibi: Priusquam promittas, deliberes: postquam promiseris facias. At promissa ne semper facienda sunt? Non sanè. vt Cicero libr. 1 & 3. de Officiis docet. Potest enim accidere promissum aliquod, & conuentum (inquit Cicero) vt id effici sit inutile, vel ei, cui promissum sit, vel ei, qui promiserit. Nec promissa igitur seruanda sunt (inquit) ea, quæ sunt iis, quibus promiseris, inutilia: nec si plus tibi noceant, quam illi prosint, cui promiseris. Iam illis promissis non stādum esse quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiserit? In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum: quod in cautē voulisti, ne facias: impia est promissio, quæ scelere adimpletur. vt ait Isidorus. Vide canonem, Quod autem illicita, cum sequentibus, caussæ. 22. quæst. 4. Pibracius ergo non de malis promissis, quæ nunquam facienda sunt, loquitur, sed de honestis tantum, quæ etiam hosti seruanda. vt docet Cicero libr. 4. & 3. de Officiis. Si quid singuli (inquit) temporibus adducti hosti promiserint, est in eo ipso fides conseruanda. Id vero confirmat Tullius exemplo Reguli, qui ad supplicium redire maluit, quam fidem hosti datam fallere. Sed vide tute Ciceronem. Quintilianus autem de deliberatione agens, docendi gratia in controvèrsiam vocat, vtrum hosti fides sit seruanda. cui rei cōseruandæ collationem vtilis cum honesto adhibet. Docent iura ciuilia pacta hosti seruanda, & malis hominibus priuatis, nisi detrimentum patiatur inde Respublica, vel iura repugnant. L. 1. D. de constituta pecunia. L. bona fides D. depositi. Pacta enim quæ contra leges constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitate juris est. L. 6. C. de pactis. &, L. 7. D. eodem.

## TETRASTICHON.

LXXXIX.

**L**A Loy sous qui l'Estat sa force a prise,  
Garde la bien, pour goffe qu'elle soit.  
Le bonheur vient d'où lon ne s'aperçoit,  
Et bien souvent de ce que lon meffrise.

## BICARTON.

**Q**uâ Res lege suum cepit retinetque vigorem,  
Serua hanc, quantumuis stulta sit atque rudis.  
Prosperitas venit hinc, vñetur am haud vnde putamus,  
Et sæpe ex hoc quod vile sit, ipsa fluit.

## SCHOLION.

Legem, quam hic Pibracius goffe appellat, ego stultam & rudem dico. Sic enim & Aristoteles lib. 2. de Repub. Τοὺς δέκασσιν νέμεσις ήταν απλήσι, καὶ λαττά τὸ δέκατον νομίων δημητρίου φοῖον εἶναι, id est, priscas & antiquas leges valde simplices, reliquaque antiqua instituta stolida & stulta esse dicit. Ceterum de retentione mutationsque Legum infra cum Aristotele differemus.

## TETRASTICHON.

LXXX.

**F**UY, ieune & vieil, de Circe le breuuage.  
N'escoute aussi des Sirenes les chants,  
Car enchanté, tu courrois par les champs,  
Plus abruti, qu'une besté sauuage.

## B I C A R T O N.

*Pocula vitato Circes iuuenisque senexque:*

*Carmina Sirenum blanda nec aure bibes.*

*Incantatus enim cursu raperere per agros,*

*Captus mente, feris & magis inde ferus.*

## S C H O L I O N.

De Circes aut Circæ poculis, cantuque Sirenum videndus. Homerus Odys. x. & μ. Communis opinio est, Circen fuisse meretricem, quæ socios Vlyssis ad vitam voluptariam libidinosamque traduxit: ideoque dicta est transformasse eos in bellus. Dion Chrysostomus oratione, quæ inscribitur διογύνης, ή τελί δέρτης, per Circen intelligit voluptatem, quæ suis illecebris homines in fraudem illicit, & enerauit, brutisque similes efficit. Socrates autem apud Xenophonem lib. i. de dictis & factis Socratis, οἵεων μὲν ἐΦη ὅπι-  
τενώδεις, καὶ τὸν Κίρκην ὡς παιῶν, τοιούτους πλλοῖς δευτε-  
ρόστοις. Τὸν δὲ Οδυσσέα Εγμοῦπε ύποθημοσώη καὶ αὐτὸν σύκρα-  
τη ὄτε καὶ δοπχόμενον, τὸ ὑπερ τὸν καρφὸν τῶν πιστῶν μὴ  
ἀπέδει, Διγ. πῦντα δὲ γίνεται ω : Id est, iocans qui-  
dem arbitrari se dixit, & Circen sues fecisse socios Vlyssis  
multis eiusmodi illecebris epularum, quibus eos acceperat:  
Vlyssem autem propterea non factum esse suem, quod ipse  
tum sua sponte, tum Mercurij cōfilio & admonitione tem-  
perans atque sobrius effectus cauit, ne se supra modum ci-  
bo expleret. Itaque Socrati nihil aliud Circe est, quam eda-  
citas, & cibi potusque immoderatio. Idem Socrates apud  
Xenophontem, Sirenes interpretatur blandas corporis vo-  
luptates, quas esse prætereundas ei dicit, qui virtutem, ut  
patriam velit intueri. Seneca verò epist. 31. per Sirenes in-  
telligi vult ascintatores, quorum blanda & perniciosa vox

non ex uno scopulo, sed ex omni parte terrarum circumsonat. Basilius magnus de effugiendis scelerosorum hominum colloquiis intellexit, in quos, cum incidimus, διὰ φύγειν, inquit, Εἴτε φρεσαρομένες τὰ ὄφα, εἴκε ηὔπον ἢ τὸν οὐδεῖα φασὶν τὰ τῶν σειρήνων μέλη. ή γὰρ πέρι τοὺς φάντας τῶν λόγων ουαγήσαι, οὐδέ τις ἔστι τοῦτο τὰ περίγυανθα. Id est, fugere nos oportet, auresque obstruere & obturare, non aliter quam Vlyssem ferunt ad Sirenum cantus: cum perniciose improborum hominum sermonibus assuescere, via quedam sit ad improbas actiones. At Cicero lib. 5. de Finib. Mini quidem, inquit, Homerus huiusmodi quiddam vidisse videtur in iis, quae de Sirenum cantibus finxit: neque enim vocum suavitate videntur, aut nouitate quadam & varietate cantandi reuocare eos solitz, qui præteruehebantur: sed quia multa se scire profitebantur, ut homines ad earum saxa discendi cupiditate adhereserent: Ita enim inuitant Vlyssem nam verti ut quedam Homeri, sic illum ipsum locum.

*O deus Argoticum, quin puppim fletis Ulysses,  
Acribus ve nostros posis agnoscere cantus?  
Nam nemo haec unquam est trāsuectus cœrula cursu,  
Quin prius astiterit vocum dulcedine captus.  
Post variis audiō satiatus peltore musis  
Doctior ad patrias lapsus peruenierit oras.  
Nos graue certamen belli, cladēmque tenemus,  
Gracia quam Troia diuino numine vexit,  
Omniaque è latiis rerum vestigia terris:*

Vidit Homerus probari fabulam non posse, si cantuunculis tantus vir irretitus teneretur. Scientiam pollicentur: quam non erat mirum sapientiæ cupido patria chariorem. Hæc

ille. Palæphatus autem non alias fuisse Sirenes scribit, quæ  
meretrices, quæ nauigantes blandis venenis pellegerint in  
fraudem. Sed de harum cantibus & Circae poculis sic  
Horatius :

\*

*Sirenum voces & Circae pocula nosti:  
Quæ si cum sociis stultus, cupidusque bibisset,  
Sub domina meretrice fuisset turpis & excors:  
Vixisset canis immundus, & amica Luto sus.*

Circes

### T E T R A S T I C H O N .

LXXXL

**V**ouloir ne faut chose que lon ne puisse.  
Et ne pouvoir que cela que lon doit,  
Mesurant l'un & l'autre par le droit,  
Sur l'Eternel, moule de la iustice.

### B I C A R T O N .

*Quod minimè possis, non est id velle decorum:  
Id quoque quod deceat, te modo posse putas.  
Iure verumque super magno metire Tonante,  
Qui stat iustitiae lucida forma sacrae.*

### S C H O L I O N .

Ea jurisconsultis impossibilia dicuntur, quæ non nisi cum  
dedecore possimus. Vnde Papinianus in L. 15. D. de con-  
ditionibus institutionum, Nam quæ facta, inquit, lœdunt  
pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (vt ge-  
neraliter dixerim) contra bonos mores fiunt : nec facere  
nos posse credendum est. Ergo secundum mentem Iuris-

consulti primus iste versus Pibracii hoc indicat: nemo quicquam velle debet, præterquam illud, quod quis possit honestè facere. Atq; ita quidem sensisse Pibracium, secundus versus ostendit, Et ne pouuoir que cela que lon doit.

Ego sic verti: Id quoq; quod deceat, te modò posse putes. Vis tibi aliter hunc locum exponam & explicem, Lector beneuole? Volo, inquis. Ergo cum Aristotele philosophemur. Quid ait Aristoteles? Certè equidem princeps ille Peripateticorum Aristoteles Pibracio nostro aduersari videtur. Nam Pibracius ait debere nos ea tantùm velle, quæ possumus: Aristoteles autem voluntatem eorum etiam esse dicit, quæ fieri nullo modo possunt. Is enim libr. 3. Ethicorum, Consilium à voluntate distinguens sic ait: ἀλλὰ μὴν ἂδε βέλησις γε, καίπερ οὐνέγερος Φαινόμενος. περαιτέροις μὲν γὰρ τὸ εἶται τῶν αἰδινῶντων. καὶ μὲν Φάγη περαιτέροις, δοκεῖν αὐτὸν θεῖνθαι εἶναι. Βούλησις δὲ εἶται τῶν αἰδινῶντων, οἷον αἰδιναῖς. καὶ μὲν Βούλησις εἶται καὶ τὸ μηδαμῆς δι' αὐτῶν περαιτέροις. οἷον τὸ πονερόν ήταν νικᾶν, ή αἴθλητών. περαιτέρη δὲ τὸ ποιῶντα σόδας, αἱρέσθαι δὲ τὸν αὐτὸν ή αἴτος. Id est: Neq; verò consilium voluntas est, etiamsi ei finitiūm esse, ad eāmque proximè accedere videatur. Cōsilium enim non est eorum, quæ fieri nequeunt: & si quis dicat se talium rerum agendarum consilium cepisse, stultus esse videatur. At voluntas eorum etiam est, quæ fieri non possunt, vt immortalitat̄. Præterea voluntas etiam ad ea pertinet, quæ nullo modo is qui vult, per se agere possit: vt si quis velit histriōnē aliquem vel athletam vincere. At nemo talium rerum consilium capit, sed eārum duntaxat, quas à se fieri posse putat. Quid ergo dicēmus? Pibracium falsum dicere, statuentem voluntatem in iis tantū, quæ sint in nostra potestate? Nequaque. Nam tametsi & impossibilium esse voluntatem A-

ristoteles affirmat, non repugnat ipse tamen Pibracio nostro. Quoniam Aristoteles ibi loquitur de voluntate, ut impropriè sumitur: Pibracius autem de voluntate propriè dicta. Hęc autem nunquam vana est & inanis: illa verò vana nimis, quia eorum est quæ fieri nullo modo possunt, nec in nostra sunt potestate. Etenim ut hanc rem proorsus philosophicam & difficilem paucis expediam, & disputem ex sententia ipsius Aristotelis, sic habeto, τὴν Βούλησι, hoc est, voluntatem, ab Aristotele lib. I. Rhet. definiri, μετὰ λόγου ὄρεξιν ἀγαθοῦ, id est, appetitionem boni cum ratione coniunctam, ἀδεῖς γῳ (inquit) Βούλεται, ἀλλ' η ὅταν ὀιηθεῖν εἴναι ἀγαθόν. Id est, nullus enim vult, præterquam quod suspicatur bonum esse. Quod quia non semper reuera bonum est: idcirco docet Aristoteles lib. 3. Ethic. voluntatis obiectum esse vel bonum verum, vel apparenſis bonum. Estergo voluntas appetitio boni aut veri, aut apparentis. Est præterea voluntas eiusmodi appetitio boni, quæ cum ratione coniuncta sit: quia voluntas sequitur discursum intellectus, cuius officium est, ratiocinari & iudicare. Ratio enim intellectus est. Itaque intellectus & ratio voluntati monſtrant, quæ appetenda sint. Non est ergo voluntas sine ratione. At non propterea sequitur, voluntatem cum vera ratione necessariò coniunctam esse: quia potest interdum esse sine vera ratione, sicuti non semper appetit verum bonum. Nam & Aristoteles lib. 7. Politic. aperte docet, voluntatem esse in pueris modò natis, & rationis expertibus. Ait enim, ἀπορεῖ τὸ σῶμα πρότερον τῇ φύεστι τῷ ψυχῆς, στωκῆτὲ ἀλογον & λόγον ἔχοντι. Φανέρον τὸ θέμα. Τυμὸς γὰρ τῇ Βούλησι, εἴ τι θείαμα, καὶ φυομένοις δίδυσ ὑπάρχει τοῖς παισὶ. ἀδὲ λογισμὸς τῷ οὐρᾶς περιούσιν ἐγίνεται πέφυκε. Id est, quemadmodum autem corpus animal quidem origine & generatione prius est: sic & pars ani-

mirationis exp̄s, parte rationis compote prior est. Manifestum autem & hoc. Ira enim ac voluntas, & præterea cupiditas, in pueris statim ut nati sunt, inest: ratio autem & mēs ætate progressis innasci solet natura. Vnde constat, voluntatem non semper esse cum ratione vera cōiunctam. Sicut ergo duplex est obiectum voluntatis, videlicet verum & apparet bonum: ita voluntas duplē rationem sequi solet, veram scilicet aut falsam. Hanc enim rationis diuisiōnem ex ipso colligimus Aristotele, qui libro sexto Ethicorum τὸν τέχνην καὶ ἀστερίαν, id est, artem & inertiam definiens, οὐ μὲν οὐ τεχνη, inquit, ἔχεις τοῦ λόγου αἰλυτοῦς ποιησικήν εἶσιν. οὐδὲ ἀστερίαν τεχνη, μηδὲ λόγος ψευδοτεχνη εἶσιν, τοῦτο τὸ ἀνεργόνερον ἀλλως ἔχειν. Id est, Ars igitur habitus est quidam cum vera ratione coniunctus, ad efficiendum idoneus. Inertia cōtrā habitus cum ratione falsa cōiunctus, ad efficiendum idoneus, in eo, quod aliter evenire potest, occupatus. Sic ergo litem istā cōponimus, ut dicamus, voluntatē ppriē dictā nunquā esse vanā & inanem, cūm præsertim doceat Aristoteles lib. 3. Ethic. voluntatem quæ quidem est simpliciter & vera voluntas appellanda, esse viri boni, qui ex vera ratione perspiciat verum bonumq; finem, qui sit in nostra potestate. Cūm enim veram solidamque rationem vera voluntas sequatur, non potest velle quæ fieri non possunt, alioqui vana foret, cuiusmodi est ea, quæ falsa ratione inducta vult & appetit ea, quæ nullo modo fieri possunt, ut immortalitatem: & quæ non sunt in potestate nostra, ut esse Reges, Monarchas, atque hoc & illo stulto appetitu ferri, ut velle hunc vinci, illum vincere, cūm interim efficere non possit, qui sic velit; ut vel hic vincatur, vel superior discedat. Quoniam enim ratio intellectus non semper vera est, sit ac enenit interdum, ut deceptus intellectus decipiatur voluntatem, quæ discursum intellectus sequitur, & cum errante intellectu in errore versatur. Homi-

Hominis ergo voluntas immortalitatem (quæ haberi non potest in hoc misere vitæ salo, ubi fluctuat & miserè iactatur periclitaturque caducum istud & mortale corpusculum, altera pars hominis) appetit, ab intellectu sic rationcinante decepta. Omne bonum est appetendum: sed immortalitas est bonum (id est, res bona) Ergo immortalitas est appetenda. In hac quidem conclusione fallitur intellectus, quia propositionem, quæ non est omnino vera, ut simpliciter omninoque vera intelligit. Namque ista proposicio, Omne bonum est appetendum, non videtur omnino & simpliciter vera: quia non est vere appetendum illud bonum, quod haberi comparari queat. inanis enim esset talis appetitio, prorsumque naturæ repugnaret. Est tamen illa proposicio ~~xa~~ 4, secundum quid, & aliqua ex parte vera: ut si dicamus, omne bonum quod potest haberi, & a nobis acquiri, appetendum esse: & tum falsa erit assumptione, si dicamus, immortalitatem esse bonum, quod a nobis mortalibus haberi possit & acquiri, hoc scilicet in orbe terrarum. Atque ita non sequitur conclusio, quod immortalitas sit appetenda. Quocirca voluntas (ut dixi) ab intellectu male iudicante decepta, vult ea nonnunquam quæ fieri non possunt, neque sunt in nostra potestate. Quare vera voluntas est appetitio veri boni etiam veritate ratione coniuncta quæ nunquam inanis est de iritate, cum id tantum velit & appetat, quod fieri possit. Contrà, voluntas non propriè, sed communiore vocabulo, & ex vulgari hominum opinione accepta, eorum etiam est, quæ fieri non possunt, nec sunt in potestate nostra, quæ quidem voluntas inanis & vana est. Ergo secundum philosophiantur Aristotelicam, ut non sit irritus appetitus, nemo velle debet impossibile. Atque ita Pibracio non aduersatur Aristoteles. Cum igitur voluntas propriè accepta sit possibilium, roget quispiam, quænam possibilia vocet Aristoteles? Ille quidem lib. I.

Rheticus διανοεῖ διχῶς εἶναι, id est, possibilia bifariam spectari dicit. Τότε γενόμενα αἱ, καὶ τὰ πρᾶξια γεγονόμενα. πάσια δέ, οὐκ ἡ αἰδηλούπησ, ἀλλὰ οἰλίγων χρόνων. Quibus verbis ostendit possibilia quædam dici, quæ quoquis modo confici & ad exitum perducipossunt: alia verò esse talia, quæ sunt factu facilia. Factu autem facilia esse, quæ sine molestia, quæm breuissimo tempore peraguntur. Operis enim difficultas magnitudine laboris & diuturnitate temporis ostenditur. Verum enim uero philosophiā iam Aristotelicā præteritā, veniamus ad Theologicam. Dixi principiō Pibracium agere Iurisconsultum: deinde Aristotelis discipulum sę prodere. Iam verò Theologum esse dico. Quodnam igitur, inquis, Theologiæ axioma est? Hoc certè quidem est indubitatum: Deus omnia, quæcunque vult, potest. Rursum, nihil potest Deus, nisi bonum & iustum, & quod debet. Itaque Pibracius ait, voluntatem & potentiam humanam ad diuinam componi conformarique debere: usque adeò ut nihil velle debeat homo, nisi quod potest: Nihil autem possit, nisi bonum & iustum, & quod debet. At enim uero quia verbum illud, debet, multiplicem & inuolutam contingenit intelligentiam: Nec Deo propriè competit, quin nō est debitor, nō habis, nisi forte ex promisso: nos verò ei debitorēs sumus, ex commissori idcirco prædictum illud axioma interpretationem recipit eiusmodi: nō potest Deus facere, nisi quod debet, id est, non potest nisi illud, quod si faceret, ei bene conueniret. Potest enim Deus omnia quæ vult; potest etiam quæ quæ non vult; potest, inquam, omnia, quæ copuenit, si posse: hoc est, omnia facere potest, præterea bona, quibus eius dignitas laudetur, eiusque excellentiæ derogaretur. Itaque Deus non potest mentiri, non potest peccare, non potest mori, falli, vinci, miserquefieri. Hæc enī & huiusmodi non veræ sunt potentia, sed infirmitatis & impotentia ab omnipoten-

tia Dei alienæ. Quannis autem actiones quædam, ut ambulatio, locutio & huiusmodi à Dei potentia alienæ videantur, quia Deus non potest ambulare, loqui, & huiusmodi, quæ diuinæ naturæ minimè conueniunt, cum horum instrumenta nullatenus habere queat incorporea & simplex substantia: istæ tamen actiones ad Dei potentiam pertinent: quia tametsi Deus non habeat eas in se, potest tamen eas in creaturis exercere & operari. Facit enim Deus, ut homo ambulet, loquatur, & huiusmodi alia molliatur & peragat. Verum de omnipotentia Dei ac voluntate vide quæ doctissimè disputauit Petrus Lombardus libro primo Sententiarum, distinct. 42. & sequent.

### T E T R A S T I C H O N.

L X X X X I I .

*Changer à coup de Loy & d'ordonnance,  
En fait d'estat, est vn point dangereux:  
Et si Lycurgue en ce point fut heureux,  
Il ne faut pas en faire conséquence.*

### B I C A R T O N.

*Non tutum est, morem ac leges mutare repente:  
Hinc namque ubertim ciuica damna scatent.  
Si quid profecit sub iura nouante Lycurgo  
Sparta, notes factum, non imiteris idem.*

### S C H O L I O N.

*Moribus antiquis res stat Romina virisque,  
Ut Ennius inquit. Et Plato quidem lib. 4. de Republica,  
mutationem legum facilem reprehendit. Et 7. de Legibus,  
mutationem omnem periculosam esse docet. Ideoq; apud  
D d*

Thurios (teste Diodoro Siculo lib. 12.) cautum fuit, ne cuiquam liceret, nisi prius laqueo collo circundato, in concessionem legis abrogandæ caussa prodire: quæ, si nihil de mutatione sanxissent comitia, vincitus suspendebatur. Et Zaleucus qui λοχροῖς τοῖς θητίς φυεῖσι (ut docet Aristoteles lib. 2. de Repub.) Leges scripsit, σαὸν δὲ θεόν, inquit, Βέλητῷ τῷ καιμένῳ νόμων κινεῖν, η̄ αὐλον εἰσφέρειν νόμον, εἰς Βρόχον εἴροις τῷ τεάχηλον, λεγέτω τοῖς πολίτησι τοῦτον αὐτόν. Id est: quod si quis velit leges sanctitas mouere, aut nouā statuere, is collo in laqueū iniecto de lege ad ciues verba faciat. Et si lex vetus (inquit) tollēda videatur cjuium suffragiis, aut noua lex, bona: maneat indemnus: contraria, si prior lex melior existimetur, vel si ea, quæ noua proponitur, iniusta sit, πεδραίᾳ τῷ καινώντα η̄ εἰσφέροντα νόμον, θηταποδέντρῳ & Βρόχῳ. id est, is qui mouet infertue legem, laqueo attracto moriatur. Aristoteles autem libr. 2. πολ. docet leges quidem mutandas esse interdum, quia si stultæ & malæ sunt, vel penitus mutari debent, vel in meliores commutari. Finis enim legis est, ut per eam Reipublicæ utilitati cōsulatur, non autem ut auctoritas à maioribus accepta seruetur. Inibi tamen Aristoteles docet leges semel positas mutari non debere, vel saltē non facile mutandas esse: quia plus mali interdum, quam boni, mutatio legis affert. Propterea quod bonarum legum auctoritas hac occasione conuellitur, ciuibus sensim mutationi legum, quæ sacrosanctæ esse debent, afflucentibus. Quæ nouitatis assuetudo multorum deinceps malorum fomes esse poterit. Nam ut August. ait: ipsa mutatio consuetudinis, etiam quæ utilitate adiuuat, nouitate perturbat. Vnica lex agraria quantas Romæ turbas dedit? Ob eamq; caussam docet Aristoteles satius esse, legem malam aliquando non mutare, & nonnulla legislatorū n& magistratum errata ferenda potius, intactaq; relinquenda, quam studio nouitatis fenestrā patefaciédam.

Quantum verò attinet ad Lycurgum, de quo Fibracius hīc loquitur, is certè quò Rēpublicam lacedæmoniorum cōstituere valeret, totum ciuitatis statum mutauit, alterāmq; nouam viuendi legem ac ordinem suis ciuib; seruandum præfiniuit. Vide Plutarchum in eius vita.

### T E T R A S T I C H O N.

#### LXXXIII.

*I E hay ces mots de puissance absoluë,  
De plein pouvoir, de propre mouvement:  
Aux sainets decrets ils ont premierement,  
Puis à nos loix la puissance tolluë.*

### B I C A R T O N.

*Verba exosa mihi sunt, summa & plena potestas,  
Et facere arbitrio quæ placuere suo.  
Sanctis decretis etenim nostris que potestas  
Legibus, heu! verba est omnis adempta per hæc.*

### S C H O L I O N.

Princeps legibus solutus dicitur Vlpiano, in L. 31. D. de Constitut. Princip. Verūm vt Paulus ait in L. 23. D. de legatis. 3. Decet tantæ maiestati, eas seruare leges, quibus ipse solutus esse videtur. Vbi nota verbum, decet, iunctum datiuo casui. Deinde obserua & pondera illud verbum, videtur: nec enim verè solutus est legibus, quin eis alligatus est, vt Impp. Theodosius & Valentinianus confirmant. L. 4. C. de legibus. Vbi hæc verba habentur: Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se principem profiteri. Adeò de auctoritate iuris, nostra pendet auctoritas. & reuera maius imperio est, submittere legibus princi-

patum. &c. Hinc illud Symmachi ad Imperatorem: Plus apud vos iustitia, quam licentia valet. Et illud Pliniū in Panegyrico ad Traianum: In rostris quoque simili religione ipse te legibus subieccisti: Legibus Cæsar, quas nemo principi scripsit. sed tu nihil amplius vis tibi licere, quam nobis. Quod ego nunc primum audio, nunc primum disco, Non est princeps supra leges, sed leges supra principem. &c.

## T E T R A S T I C H O N.

LXXXIII.

*C*Roire leger, & soudain se resoudre,  
*C*Ne discerner les amis des flateurs,  
*I*eune conseil, & nouveaux seruiteurs  
*O*nt mis souvent les hauts estats en poudre.

## B I C A R T O N:

*C*redulitas, famulique noui, & sententia præceps,  
*C*onsilium inuenum, qui rationis egent.  
*E*t non à veris blandos secernere amicos,  
*M*agnorum procerum sape ruina fuit.

## S C H O L I O N.

Blandos amicos voco assentatores, ut Cic. de Amicitia, ubi blandis amicis opponit veros. Cæterum Ouid. lib. 3. de Arte amandi docet non citò credendum esse:

*N*ec citò credideris, quantum citò credere lœdat,  
*E*xemplum vobis non leue Procris erit. &c.

Vide proverbiū, Nerui & artus sapientiæ sunt, non temere credere. & proverbiū, Nemini fidas, nisi cum quo.

prius modium salis absumperis. Nocuit etiam s<sup>e</sup>penumero præceps. sententia, & subita deliberatio. Nam vt ait Aristoteles lib. 6. Ethic. Βγλεύοντα δὲ πλὴν χρόνον, καὶ φασι πάθειαν μὲν δέν ταχὺ τὰ βαλλέντα, βελτεῖαν δὲ βραδέως, Id est, in consultando, vel ad deliberandum multum temporis sumitur: atq; adeò celeriter aiant esse agenda, quæ deliberauimus, sed lentè deliberandum. Qui secus faciunt, iis non raro solet euenire Platonicum illud, vt festinantes in principio, serius perueniant ad finem. Brutidium Nigrum (inquit Corn. Tacitus) honestis artibus copiosum, &, si rectum iter perageret, ad præstantissima quæque facilimè peruenturum, festinatio pessundedit. Quantum attinet ad iuvenes, de iis vide quæ diximus ad Tetraslichon. 104. Certe Roboam Rex filius Salomonis derelicto consilio seniorum, iniit consilium cum iuuenibus, qui perdiderunt eum. 2. Paralipomenon, cap. 10. Et Cicero lib. de Senectute: Quod si legere, inquit, & audire voletis externa: maximas Respub. per adolescentulos labefactatas, à senibus sustentatas & restitutas reperietis. Cedò quū vestrā Rēpub. tantam amissi tam citò? Sic enim percontanti, vt est in Nauii poëta ludo respondentur & alia, & hæc in primis: Proueniebant oratores noui, stulti, adolescentuli. Temeritas est videlicet florentis ætatis: prudentia senectutis. Quare non abs re Solon Atheniensis lege sanxit, μῆτις ἀρχαι τὸν σφόδρα γέον (vt est in quodam Iunci fragmento) μῆτις ξυμβουλεύειν, εἰ καὶ ἀρισταρχοῖς γνώμης ἔχειν. Id est, ne quis admodum iuuenis ad magistratum aut consultationes admitteretur, quamvis prudentissimus esset visus. Quantum ad nouos seruos attinet, videntur illi quidem vt noui amici suspecti, neque temerè veteribus anteponendi. Ideoque Athenienses, nouitiis seruis primùm ingrediéntibus domum, solebant boni omnis captandi gratia prope focum profundere per illorum capita palmaceos fructus, collybos, id

est nummos, legumina, caricas, nuces, id genus plura, quæ à conseruis sic effusa rapiebantur, & à re dicebantur catachysmata: quoniam catachysis profusio est. Eratque hoc illis *temporeas onus*, hoc est, annuæ vbertatis indicium. Meminit eius instituti Rhodigin. cap. 6. lib. 26. lect. Antiq.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X X X V.

**D**issimuler est vn vice seruile,  
Vice suiui de la desfouaute:  
D'où sourde es cœurs des grands la cruaute,  
Qui aboutit à la guerre ciuile.

## B I C A R T O N.

Haud dubiè vitium seruile est, dissimulare:  
Huic & perfidia est infidios a comes.  
Hinc scatet in mentes magnorum dira virorum  
Sæuitia, iniustæ ciuica bella petens.

## S C H O L I O N.

Carolus tamen octauus Gallorum Rex dissimulare iussus est. Nam pater eius Ludouicus undecimus, cui ille tertium decimum agens annum successit, Latinè scire illum vete- rat, præter illud vnum: Qui nescit dissimulare, nescit regnare. ut testatur Paulus AEmilius lib. 10.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X X X V I.

**D**onner beaucoup sied biē à vn grād Prince,  
Pourueu qu'il donne à qui l'à merité,  
Par proportion, non par esgalité,  
Et que ce soit sans foulir sa prouince.

## B I C A R T O N.

*Muneribus magnis vltro cumulare merentes,  
Dinitis & magni Principis esse liquet.  
Digna dabit, sed non aequalia munera cunctis:  
Nec patriam, det ut hæc, opprimet ille suam.*

## S C H O L I O N.

Hinc laudat Plinius Traianum in Panegyrico: Quocirca (inquit) nihil magis in tua tota liberalitate laudauerim, quam quod congiarium das de tuo, alimenta de tuo: neque a te liberi ciuium, vt ferarum catuli, sanguine & cædibus nutriuntur: quodque gratissimum est accipientibus, sciunt dari sibi, quod nemini est erectum, locupletatisque tam multis pauperiorem esse factum Principem tantum: quam nec huc quidem. nam cuius est quicquid est omnium, tantum ipse, quantum omnes, habet. Cæterum liberalis dñs & naxē érexa καὶ ὁρθῶς, id est, dabit honesti caussa, & recte dabit. vt ait Aristoteles lib. 4. Ethicorum. εἰς γὰρ δεῖ, inquit, καὶ ὅσα, καὶ ὅπ, καὶ τὸ ἀλλα ὅσα ἔπειται τῇ ὁρθῇ δόσῃ. καὶ Γάμπη οὐδέως ἡ αλύτως. Id est: Nam & quibus dandum est, & quantum, & quo tempore, & cætera omnia adhibebit, quæ rectam dandicationem consequuntur: eaque libenter & iucundè præstabit, aut certè non grauatè. Loquitur autem Pibracius in hoc Tetraстicho de iustitia distributioni, in qua locum habet proportio Geometrica, secundum meritum cuique tribuens: ita ut merito aequales, etiam sint præmio: inæquales merito, sint etiam præmio inæquales. De hac autem & Arithmetica analogia seu proportione acutè differentem vide Aristotelem libr. 5. Ethicorum.

## T E T R A S T I C H O N.

L X X X X V I I .

**P**lus que Sylla c'est ignorer les lettres,  
D'auoir induit les peuples à s'armer.  
On trouuerra les voulant desarmer,  
Que de sujets ils sont deuenus maistres.

## B I C A R T O N.

*Eft Syllâ magis indoctus, qui vulgus ad arma  
Concitat : hoc etenim ponere tela volens,  
Cernet eos dominos, modo qui seruire solebant,  
Ius & heros veteres non retinere suum.*

## S C H O L I O N.

I. Cæsar, teste Suetonio, dixit, Syllam nescisse literas, qui dictatoram deposuerit. Et Cornelius Agrippa de vanitate scientiarum capite 1. Tyrannidem, inquit, nemo vnuquam vspiam terrarum obtinuisse legitur sine scientia, sine doctrina, sine literis, præter vnum L. Syllam Dictatorem, qui solus sine literis Rempub. occupauit, in quo tamen litterarum ignorantiae vel hoc Respublica maximè debet, quod tyrannidem sponte tandem deposuerit. At enim uero Syllam virum fuisse eruditum credibile est. Nam si literas nesciuit, quomodo libros rerum gestarum componere potuisset? Illorum sanè librorum meminit Gellius ca. 12. lib. 1. & Plutarchus in eius vita, sub finem. ubi scribit Syllam non tantum præuidisse fatum suum, verum etiam de eo aliquatenus scripsisse: atq; vigesimo secundo Commentario bido antequam decessit extremam manum imposuisse. Verum ob hoc Cæsar dicebat Syllam nescisse literas: quod dignitatem omnium dignitatum maximam sponte depo-

suisset. Quo verbo demonstrare volebat, Syllam id facere minimè debuisse: & in eo rudem fuisse ac imperitum: cùm alioqui constet L. Syllam fuisse & Latinis & Græcis literis eruditissimum, vt ait Philippus Beroaldus ad eum Suetonij locum. Cæterū cernendi verbum iunxi infinitiuo, vt Virg.

*Frustra cerno te tendere contrâ.*

Et Cic. sed tamen vt facilè cernerem te ardere studio.

### TETRASTICHON. LXXXVIII.

**R***I, si tu veux, vn ris de Democrite,  
Puis que le Monde est pure vanité.  
Mais quelquefois touché d'humanité,  
Pleure nos maux des larmes d'Heraclite.*

### BICARTON.

*Democriti r̄sum (si fert ita corde voluntas)  
Ride, cùm videas omnia vana nimis.  
Tuque Heracliti fletu mala flebis amaro  
Nostra, tibi si non ferrea corda rigent.*

### SCHOLION.

*Τοῖς Ἰωφῶις (vt ait Sotio) αἰνὴ ὁργῆς, Ηεραλτίῳ μὲν δάκρυα, Δημοκρείτῳ γέλως ἐπήσει. Id est, Sapientibus ira Loco Heraclito quidem lachrymæ, Democrito autem risus oboriebatur.*

### TETRASTICHON. LXXXIX.

**A***L'estrange sois humain & propice,  
Et sil se plaint, encline à sa raison.  
Mais luy donner les biens de la maison,  
C'est faire aux tiens & honte & iniustice.*

## B I C A R T O N.

*Aduena propitium te sentiat atque benignum,*

*Sitque probata eius iusta querela tibi.*

*Ast illi dare fortunas quascunque parasti,*

*Non æquum: turpe est dedecus idque tuis.*

Vel sic

*Sed bona fusè in eum conferre domestica, non est:*

*Fas equidem: turpe est dedecus idque tuis.*

## T E T R A S T I C H O N. C.

*I* E t'apprendray, si tu veux, en peu d'heure;

*Le beau secret du breuuage amoureux:*

*Ayme les tiens, tu seras aymé d'eux:*

*Il n'y a point de recepte meilleure.*

## B I C A R T O N.

*Si tu pulchra velis philtri mysteria nosse,*

*Te non imprudens illa docebo breui.*

*Ipse tuos constanter ames, & amabere ab illis:*

*Non alias melius conciliatur amor.*

## S C H O L I O N.

Apud Senecam Epist. 9. Hecaton ait: Ego tibi monstrabo amatorium sine medicamento, sine herba, sine vlliis veneficis carmine: Si vis amari, ama. Vnde Martialis lib. 6.

*Ut prestem Pyladen, aliquis mihi prestat Orestem.*

*Hoc non sit verbis, Marce, ut ameris, ama.*

Et Plinius in Panegyrico scribit, nihil interfuisse inter pri-

natum & principem Traianum, nisi quod princeps à pluribus amabatur, quia & plures amaret. Et ibidem, Princeps, inquit, amari, nisi amet, non potest. Dion etiam in libris quos de regno composuit, hoc inter alia documenta Regibus præscripsit, ut Deos colant atq; venerentur: deinde homines current, & ament, si & ipsi redamari cupiunt. Nam ut ait D. Augustinus, Nulla est maior ad amorem invitatio, quam præuenire amando. Inde Cupido Anteros dicitur, quasi amorem reciprocans, quem Pausanias dæmonem esse dicit ultorem eorum, qui amantes spernunt. Nam ut ait Cicero in i. ad M. Brutum Epist. Nihil mihi minus hominis videtur, quam non respondere in amore iis, a quibus prouocere. Sed super hac re fusè copioseque differentem vide doctissimum illum virum, Andream Tiraquellum in decimam tertiam legem connubialem, Glossæ primæ parte decima tertia.

## T E T R A S T I C H O N.

## C I.

**C**Rainte qui vient d'amour & reuerence,  
Est un appuy ferme de Royauce.  
Mais qui se fait craindre par cruauté,  
Luy mesme craint, & vit en deffiance.

## B I C A R T O N.

Quos in corde metus amor & reuerentia gignunt,  
Regalis perstant optima fulcra status.  
At qui saeuitia facit, ut timeatur, is ulli  
Haud fudit, misero concutiturque metu.

## TETRASTICHON.

C II.

**Q**UI sçauroit bien que c'est qu'un diadème,  
Il choisiroit aussi tost le tombeau,  
Que d'affubler son chef de ce bandeau:  
Car aussi bien il meurt lors à soymesme.

## BICARTON.

*Si quis, gemmiferum quid sit diadema, teneret,*  
*Præferret tumulo non diadema sibi..*  
*Se sepeliri æquè ac cingi diademate frontem.*  
*Vellet: nam moritur tunc etiam ipse sibi.*

## TETRASTICHON.

C III.

**D**E iour, de nuit faire la sentinelle,  
Pour le salut d'autrui tousours veiller,  
Pour le public sans nul gré trauailler,  
C'est en vn mot ce qu'Empire i'appelle.

## BICARTON.

*Excubias agere aßiduas, vigilareque semper,*  
*Tuta sit ut populi nocte dieque salus:*  
*Pro patria rigidos ingrata ferre labores,*  
*Imperijs partes dixeris esse meri.*

## S C H O L I O N.

Omnium domos (inquit Seneca loquens de Cæsare, ex quo reliqui Principes ac Reges, quid sibi faciendum sit, discere possunt) illius vigilia custodit: omnium otium illius labor:

omnium delicias illius industria: omnium vacationem illi<sup>9</sup>  
 negotium: ex quo se Cæsar orbi terrarum dedicauit, se sibi  
 eripuit. Et Plinius in epist. Sunt quidem omnia, inquit, sub  
 vnius potestate, qui pro vtilitate communi solus omnium  
 curas laboresque suscipit. Quam rem persequens Africanus  
 Apud M. Tullium Ciceronem libr. 5. de Republica, cuius  
 fragmentum tantum habemus, sic ait: Ut gubernatori cur-  
 sus secundus, medico salus, imperatori victoria, sic huic  
 moderatori Reipublicæ beata ciuium vita proposita est, vt  
 opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute hone-  
 sta sit. huius enim operis maximi inter homines, atq; opti-  
 mi illum esse effectorem volo. Quamobrem Ammianus  
 Marcellinus lib. 29. Nihil aliud, inquit, est imperium (vt sa-  
 pientes definiunt) nisi cura salutis alienæ. Atque idem lib.  
 30. Finis enim, inquit, iusti imperii (vt sapientes docent) v-  
 tilitas obedientium estimatur & salus. Omnium profectio  
 regum atque principum memoriarum tenaciter infigenda est  
 Saturnini sententia. Nam cum amici ad imperium anima-  
 rent eum, in hæc verba (teste Flavio Vopisco) differuit: Ne-  
 scitis amici, quid mali sit imperare. Gladii & tela nostris  
 ceruicibus impendent, imminent hastæ vndique, vndique  
 spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur:  
 non cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bel-  
 la pro iudicio, non arma pro studio. Adde quod omnis  
 ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam, inhabi-  
 lis videtur: sin minus, inest furor. nam quod imperatorem  
 me cupitis, in necessitate mortis me trahitis. Sed habeo  
 solatum mortis, solus perire non potero. &c. Huc spectant  
 illa Plinii verba cap. 40. lib. 7. Quam multos, inquit, ac-  
 cepta affixere imperia? quam multos bona perdidere, &  
 vltimis mersere suppliciis? Ista nimirum bona, sic cui inter  
 illa hora in gaudio fuit. &c. Quamobrem Antigonus ve-  
 tulæ cuidam mulierculæ, quæ fœlicitatem eius extollebat,

dixisse fertur, si ηδεις ὡ μῆτρε, ὅσων κακῶν μεσόν εἰσι ποὺς  
τὸ εὔκρατος, δεῖξες τὸ Διάδημα, σὸν αὐτὸν καπέλας κείμενον  
αὐτὸν ἐβάσαστας. Id est: si scires ὡ mater, quantis malis hic  
panniculus refertus sit (ostenso diademate) ne in sterquilinio  
quidem iacentem tolleres.

## T E T R A S T I C H O N.

C. IIII.

*I*E ne vis onc prudence avec ieunesse,  
I Bien commander, sans auoir obéy,  
Eſtre fort craint, & n'eftre poine häy,  
Eſtre tyran, & mourir de vieillesſe.

## B I C A R T O N.

Non iuuenes vnquam eſt solers prudentia nobis  
Visa sequi: aut odium non comitare metum:  
Nullum præſenio noui expiraffe tyrannum:  
Qui non paruerit, iuffa nec apta dare.

## S C H O L I O N.

Τῶν καθ' ἔκαστα εἰσιν οἱ Φρόνησις, ἀγίνεται γνώσημα ἐξ ἐμ-  
περιασ. νέος δὲ ἐμπειροῦσαν εἴσιν τολμῆσις γὰρ καὶ σπουδὴ<sup>τὰς</sup> ἐμπειρίας. vt ait Aristoteles in 6. Ethic. Horum autem  
verborum sensus est huiusmodi: In rebus singulis pruden-  
tia cernitur, quarum cognitio vsu comparatur & experien-  
tia. Adolescentia autem vsu rerum non habet, nec vsu peri-  
tus est: temporis enim diuturnitas facit experientiam.  
Ergo recte Pibracius existimat, prudentiam non cadere in  
adolescentem. vt docet Aristoteles. Vnde Salomon prouer.  
22. inquit, αὐοίᾳ ἐξηπλαν καρδία νέες, πᾶσα δὲ τῇ νοῇ παρθεία  
μακραῖς αἵτις. Id est, Stultitia appensa est cordi iuuensis,

virga autem & disciplina eam longè propellet ab illo. Nam cùm σωματία τὸ Φρονήσεως ἐμπαιχία, id est, comes atque socia prudentiæ sit experientia, vt ait Aristoteles in Metaphysicis: quo modo possunt iuuenes, adolescentes, pueri, qui non sunt ἐμπειροι, prudenres esse? Seris venit usus ab annis, inquit Ouidius in sexto Metam. Hinc lib. 2. de art.

*Adde quod est senibus rerum prudentia maior,  
Solus & artifices qui facit, usus adest.*

Per multi tamen iuuenes inueniuntur multis senibus prudentiores. Itaque Menander reprehendens eos, qui temere quosvis senes, quod ad prudentiam attinet, iuuenibus anteponendos censem, Μὴ τοῦτο, inquit, Βλέψης, εἰ γεώπερ θάλεγω, Αλλ' οὐ Φρονεῖτε πόνους λόγγος αὐτὸς ἐρῶ. Id est, ne hoc spectes, si iuuenis sim qui loquor, sed an verba viri prudentis loquar. Nam vt idem ait: Οὐχ οὐ τείχες ποιῶσιν αἱ λύκαι Φρονεῖν, Αλλ' οὐ τείχος οὐδεις εἴτε τῇ φύσει γέρων. Id est, ut exponit Henricus Stephanus:

*Cani haud putandi causa sunt prudentiae,  
Mores semiles ipsa sed natura dat.*

Οὐ γὰρ τὰς γῆρακας ρέει, ἀλλ' οἱ τὰς ψυχὰς ἀτελῆς, γεώπερ θάλεται, vt ait Basilius. Id est, non enim ætatem iuuenis, sed qui animo imperfecto est, junior dicitur. Iobus enim ca. 32. docet non ætatem, sed spiritum Dei dare prudentiam. Ait enim: Junior sum tempore, vos autem antiquiores. Idcirco veritus sum ac timui meam vobis indicare sententiam, Cogitabam enim par esse, vt senes loquantur, & grandæui differant de sapientia. Sed vt video, Spiritus ipse agit in hominibus, & afflatus Omnipotentis dat intelligentiam. neq; enim longæui qui sunt, iidem sapientes sunt, nec senes diiudicadi ratione norunt. Notum est illud Aeschylus carme.

*γέροντες τὸν νοῦν, σάρκα δὲ γένων Φέρει.*

Id est: Mente senilem, at corpus iuvenile habet. Et Pindar. in Pythiis. Od. 4. Κεῖνος δέ τοι παῖς εἶπε, τοῦ βραχίονος πετούσις. Id est, ille inter pueros iuuenis est, at in consiliis senex. Et Nazianzenus in Monodia Basilii, πλάτος τὸν σώματον καὶ πέδην πλιανός, id est, ingenio seu mentis acie ac intelligentia canus etiam ante canos. Quantum verò pertinet ad metum, sanè parens odii metus dicitur Statio lib. 1. Thebaid. Et vt Ouidius inquit,

*Quem metuit quisque perisse cupit.*

Quod attinet ad imperium, Nemo regere potest, nisi qui & regi, vt ait Seneca lib. de ira. 2. Et Solon, ἀρχε, πεπονισμένων ἀρχεαδαῖς: Id est, imperium gere, sed vbi prius imperium ferre didiceris. Et Aristoteles lib. 3. de Repub. διὸ λέγεται καὶ τέτο καλῶς, ὡς οὐκ ἔστι εὖ ἀρχειν, μὴ δέχεσθαι, Id est, Quapropter illud etiam recte dicitur, neminem bene imperium gerere, qui non ipse prius sub imperio fuerit. Idem lib. 7. πλίνιος. τὸν δὲ γὰρ μέλοντα, inquit, καλῶς ἀρχειν, δέχεσθαι φασι δεῖν περιπον.. Id est, eum enim, qui bene imperaturus sit, ajunt imperio parere primum oportere. Vnde Philo, ὁ μαθὼν ἀρχεαδαῖς καὶ ἀρχειν δῆμος μαθάσθαι. δέδε γὰρ εἰ πάντοις γῆς καὶ θελάσσας τὸ κεραυνὸν αἰάνθαι τοι, ἀρχειν αὐτοῖς τοὺς αἰάνθεας, εἰ μὴ μαθήσῃ περιποδεῖται τὸ ἀρχεαδαῖς. Id est, Qui didicit obedire, mox etiam imperare discit. Nam qui subiici non antea didicerit, & obedire institutus fuerit, is nequaquam verus est princeps, licet totius terræ & maris imperium habeat. Et Iosephus in Antiquit. πάντες οἱ ἀρχεαδαῖς καλῶς μεμάθυστες, καὶ ἀρχειν εἴσοντας, παρελθόντες εἰς εἴσοδον. Id est, omnes qui recte obedire didicerunt, scient etiam imperare ad potestatem progressi. Denique quod de tyrannis ait noster Pibracius, idem ante Pibracium dixit Thales, qui interrogatus à Molpagora Ione, quidnam vi-

disset insolens, seu insuetum & insolitum, Tyrannum respondit senem, ut testatur Plutarchus in conuiuio septem sapientum. Hinc illud Iuuenialis Satyr. 10.

*Ad generum Cereris sine cæde & vulnere pauci  
Descendunt reges, & sicca morte tyranni.*

### T E T R A S T I C H O N.

c. v.

**N**E voise au bal, qui n'aymera la dance,  
Ny au banquet, qui ne voudra manger,  
Ny sur la mer, qui craindra le danger,  
Ny à la Cour, qui dira ce qu'il pense.

### B I C A R T O N.

*Euitet choream, cui non est grata chorea:  
Qui bibere & nolet, symposium fugiat:  
Neu mare conscendat, metuat qui triste periculum:  
Neu petat aulam, qui mentem aperire volet.*

### S C H O L I O N.

Vertere sic potui, quivesci nolet: vel sic, Mandere qui nolet, symposium fugiat: ut exprimerem illud, Qui ne voudra manger. Sed cum in versu stare nequiret conuiuium, quod τῶν banquet respondet, Græcum nomen usurpauit symposium. Latini compotationem vocant. Ob eamque caussam ita verti.

*Qui bibere & nolet, symposium fugiat.*

Nam ut ait Cicero lib. Tusc. quæst. 5. Mihi quidem in vita, seruanda videtur illa lex, quæ in Græcorum conuiuis obtinetur, Aut bibat, inquit, aut abeat. & recte: aut enim fruatur

aliquis pariter cum aliis voluptate potandi: aut ne sobrius in violentiā vinolentorum incidat, antē discedat: sic iniurias fortunę, quas ferre nequeas, defugiendo relinquas. Hęc ille. Legem istam transtulit Erasmus in sua adagia. Ibique notat Germanos suos, qui hanc conuiuę legem præscribunt: Aut bibe, inquiunt, aut hunc caitharum, quantus est, in caput impinguam tuum. Itaque non raro fit (inquit Erasmus) ex compotatione monomachia. Quod ad choream attinet, sciant pueri, mediam eius syllabam apud latinos poëtas ancipitem esse, vt nu, in Cornubium, & Si, in Sichaeus. Sed nunc ad alia veniamus, quia

*Tempus abit velox, nosterque Typographus urget,  
Cum scholiisque petit carmina nostra suis.*

*Ludimus, & tempus transit: venit ille, petenti  
Carmina cum scholiis qualiacunque damus.*

*Talia cum scholiis tamen ô tu carmina lector  
Perlege, Phæbæus qualia cantet olor.*

### T E T R A S T I C H O N.

C. V I.

*D*U mesdisant la langue venimeuse,  
Et du flatteur les propos emmielez,  
Et du mocqueur les brocards enfielez,  
Et du malin la poursuite animeuse:

### B I C A R T O N.

*Obtrectatoris nam lingua imbua veneno,  
Atque assentantis mellea verba viri,  
Fellea nasuti dicta, ac animosa maligni  
Actio, persequitur quâ populante bonos:*

## TETRASTICHON.

C. VII.

**H**Ayr le vray, se feindre en toutes choses.  
 Sonder le simple, à fin de l'attrapper,  
 Brauer le foible, & sur l'absent drapper,  
 Sont de la Cour les œilletts & les roses.

## BICARTON.

*Veri odium: in cunctis & dissimulatio rebus:  
 Tentamen, simplex quo capiatur homo:  
 Debilium ferus oppressor, prauusque susurro,  
 Sunt hyacinthi aula scilicet atque rosæ.*

## TETRASTICHON.

C. VIII.

**A**Duersité, desfaueur, & querelle,  
 Sont trois effais pour sondre son amy.  
 Tel à ce nom, qui ne l'est qu'à demy,  
 Et ne sçauoit endurer la coupelle.

## BICARTON.

*Aerumna, lites, deperdita gratia, amicos  
 Ut certa indubios experimenta probant.  
 Nominis istud habet, specie modo qui sit amicus,  
 Examen solidi nec potis acre pati.*

## SCHOLION.

Solidus-is amicus, qui verus. cui opponitur specie amicus, qui blandus est, id est, fictus, & simulatus. Cicero de

*Amicitia: Quæ est enim ista securitas? specie quidem blanda, sed re ipsa multis locis repudianda est. Is igitur qui specie tantum amicus est, non potis est, aut nequit*

*Acre pati veri solidique examen amici.*

*Isti qui specie tantum & in speciem sunt amici, non male comparantur vetustis & ruinosis parietibus, qui tectorio inducto solidi nouique videhentur: sic illi qui sunt specie tantum amici, blandis verborum lenociniis & assentatione decipiunt incautos, qui vix possunt speciosos istos & fucatos amicos à veris discernere; vt Cornutus ille potuit, cui Persius satyricus poëta totum se præbens explorandum tanquam verum ac solidum & integrum amicum, inquit:*

*pulsa, dignoscere cautus,*

*Quid solidum crepet, & pītæ tectoriæ lingua.*

*Et paulò post, Marcum Damam deridens ait,*

*Veri speciem, dignoscere calles.*

*Ne qua sub ærato mendosum tinniat auro.*

*Simili penè metaphora iā vtitur Pibracius, sumpta quidē ab auri vel argenti censoribus, qui metalli bonitatem probaturi scindunt ipsum forcipe. quanuis aurum etiam probari soleat & examinari ad Chrysopolin herbam, vel ad lydium lapidem, Βάρανον vocatum, vel ad ignem, vt scribit Tzetzes in suis in Hesiodum annotationibus. Ergo ficti amici nolent (vt ait Pibracius) endurer la coupelle, pati secturam aut sectionem: hoc est, nolent probari & examinari instar auri vel argenti, cuius bonitas secturā probari solet. Nolent enī n calamitatis esse participes. Et tamen, vt scribit Menander, Φίλοι ἀληθῆς ὁ κατανῶν οὐ μεροῦσι τοῖς φίλοις. Id est, verus ut amicus, qui amicorum calamitatis quoque particeps fuicit. τὸ μὲν γὰρ χειροῖς ἡ πνεὺς δοκιμᾶσθαι (inquit Iosocrates) τὸς δὲ Φίλος ἐν τοῖς*

*ἀλλοῖς γεννάσκομεν, Id est, aurum enim igne probamus,  
amicos autem in calamitatibus & aduersa fortuna cognoscimus.* Vnde illud Ouidii,

*Scilicet ut fulnum spectatur in ignibus aurum,  
Tempore sic duro est inspicienda fides.  
Dum iuuat, & vultu ridet fortuna sereno,  
Indelibatas cuncta sequuntur opes.  
At simul intonuit, fugiunt, nec noscitur ulli  
Agminibus comitum qui modo cinctus erat.*

### T E T R A S T I C H O N.

C. I X.

*A Y me l'Estat tel que tu le vois estre,  
S'il est Royal, ayme la Royauté,  
S'il est de peu, ou bien communauté,  
Ayme l'aussi, quand Dieu t'y a fait naistre.*

### B I C A R T O N.

*Qualemque statum cernis, contemnere noli.  
Regius est? ergo Regium amato statum.  
Et si paucorum status est, populi ve potentis,  
Quando volente Deo natus in hoc es, ama.*

### S C H O L I O N.

*Τέσαπες εἴρης πολιτίαις, id est, quaternas Rerum publicarum formas esse docet Aristoteles, lib. i. Rethor. Δημοκράταις, seu popularem statum: ὀλεγχίας, paucorum potentium: διακοπάταις, optimatu n potestatem: μεγαλύτερος, vnius imperium, vbi ex omni multitudine unus præ-*

cipuè dominatur & imperat. De quibus statibus peracutè differit Aristoteles lib. 3. de Repub. Et Socrates apud Xenophonem Απομνησθε πάτερ Δ. Ut Platonem & alios omittam. Pibracius autem & δικαιοτάς nullam facit mentionem: quia comprehendit eam sub Oligarchia: quemadmodum Aristoteles lib. 3. Ethic. ait statum paucorum seu Oligarchian appellari Aristocratian: vel quia optimi viri imperant: vel quia spectant ad id quod optimum est ciuitati, & illis qui participes ipsius sunt.

## T E T R A S T I C H O N.

C. X.

*I*L est permis souhaiter vn bon Prince.  
*M*ais tel qu'il est, il le conuient porter:  
*C*ar il vaut mieux vn tyran supporter,  
*Q*ue de troubler la paix de sa prouince.

## B I C A R T O N.

*F*as, optare bonum Regem: quicunque sed ullo  
*In populo rex est, hunc tolerare decet.*  
*P*raestat enim terri dominatum ferre tyranni,  
*Quam pacem patriæ seditione quat.*

## S C H O L I O N.

Hic duo rogo. primum, sit nec ne pax semper amplectenda? Deinde, liceat ne alicui subditorum & priuatorum occideret tyrannum? Vereor equidem ob istas ciuilium bellorum tempestates eloqui quod sentio. Verum ne nihil hac de re dicendo, nihil videar intellexisse, dicam vnum & alterum verbum disputandi gratia, ita tamen ut nihil determinem aut decidam. Neque enim ea iam scribere decreui, quæ

me proscribant. Ergo quantum attinet ad pacem, ea quidem certè videtur omni bello maximè ciuili anteponenda, si Ciceroni creditus sic ad Atticum scribenti, pax vel iniusta utilest, quam iustissimum bellum, in ciuibus. Et lib. 6. Epist. ad familiares, Caussa, inquit, belli orta est. Quid ego prætermisi aut monitorum, aut querelarum? cum vel iniquissimam pacem iustissimo bello anteferrem. Et 2. Phil. Mihi enim, inquit, omnis pax cum ciuibus bello ciuili utilest videtur. At si Theologi sententiam amplectimur, *κρείσων ἐμπειρούσις ὄμοροις ηὐπερ διστοιχίας Διάστολος*, Id est, discordia propter pietatem, melior est concordia vitiosa, vel alicui vitio obnoxia. Μηδεὶς διέσθω με λέγεντος (inquit Theologus) ὅτι πᾶσαι εἰγένουν αἵστητος (οἴδα γὰρ, τῶν τε σάσιν ἡνὶα Βελτίστῳ, στρατῷ Θλαβερωτότιοι ὄμοροις) αἱλλὰ τίν τε καλεῖται θῆται καλῶς, καὶ θεῷ πνεύματος. Id est, nemo existimet me in ea esse sententia, ut dicam omnem pacem amplectendam (noui enim ut seditionem aut dissentionem quandam optimam, sic concordiam quādam perniciōsissimā) se deam demum quę honesta est, & ob rem honestam suscipitur, quæque nos Deo copulat. Theologi sententiam quis respuet? quis non probabit? Ergo dicat quispiam, sumenda esse arma ad extirpādām hæresim: quia fieri non potest, ut una patria duas capiat religiones, cum tanta sit earum inter se repugnantia, ut inde contentiones perpetue oriantur. Sed nonne magnum est etiam inter virtutes & vitia dissidium? nonne probi homines & improbi sunt inter se maximè contrarii? Quodnam igitur remedium huic rei inuenies? Erit ne sumptio amorum, quæ patriæ pacem excutiant? Sed nonne seculo illo, quo boni Imperatores Constantinus & Theodosius, magnique Episcopi. S. Augustinus, & S. Ambrosius Ecclesiæ lumina florebant, in imperio Romano pagani, Iudei, Ariani more suo viuebant? nonne veri Christiani tanquam coacti sinebant eos

suis vti ritibus, atque secundūm suas disciplinas, religiones,  
 & conscientias viuere? nonne à miseriis bellorum incen-  
 diis, & violentis persecutionibus (cuiusmodi nunc ardore  
 cernimus ob religionum diuersitatem) abstinuerunt, quod  
 hinc turbari, immo euerti Rempublicam animaduertent?  
 Sumus ne prudentiores potentioresque Imperatoribus illis  
 Constantino & Theodosio? Sumus ne sanctiores & maio-  
 reducti zelo, quam fuerunt illi Episcopi Augustinus & Am-  
 brosius? Nonne cum Heluetii Religionis caussa sauirent a-  
 njmis, & inter eos grauissima perniciosissimāque bellorum  
 flagrarent incendia, Gallorum Rex Franciscus primus con-  
 suluit iis, ut ab eiusmodi tumultibus & seditionibus tem-  
 perarent, placidisque viis & rationibus litem omnem com-  
 ponerent, pacemque facerent? Quod & fecerunt tam pro-  
 spero rerum successu, ut diurna cōcordia & pace, quam  
 studiosè sapienterq; coluerunt ac conseruarunt, iam mi-  
 rum in modum ditata sit ipsorum patria, nec ob id deterio-  
 res facti sint ipsi. Sed tute Gallia dic, sodes, quem fructum  
 ex tot bellis ciuilibus religionis caussā suscepisti?  
 Furialis ista discordia quæ quantaque tibi peperit & adhuc  
 parit incommoda? quantum dedecoris afficit ac infamiae?  
 nonne hinc ortam vides contemptum in primis diui-  
 ni numinis? rebellionem contra magistratus? morum cor-  
 ruptelam? mutationem legum? iustitiae contemptum? lite-  
 rarū sciētiārumq; senium & neglectū? vindictas horribiles?  
 execrabilis rapinas? amicitiae obliuionem? prouinciarum  
 depopulationes & vastationes miserandas? ciuitatum euer-  
 fiones? domorum exustiones? cōfiscationes? fugas? exilia?  
 proscriptiones? status publici mutations? aliasque mise-  
 rias innumerabiles, quas, mihi si linguae centum essent ora-  
 que centum, commemorare nequirem? Nonne iam Galli  
 ex tot cladibus & stragibus horrendis superstites, cum  
 rege Agesilao afflictam bellis Græciam miserante possunt

infortunium patriæ deplorantes exclamare, ingenti edito  
 gemitu? & pro, Φεῦ τὸν Ἑλλάδον, heu miseram Græciam,  
 ut ille quondam exclamauit, diccre sublata voce, Φεῦ τὸν  
 Φραγκίας πούτος αὐδῆς δυπλαλεκύας νόφ' αιτής, οὐσι  
 ζῶντες ἐδώλωτο νικᾶν ὅμης σύμπαντας πόνος βαρβάρος μα-  
 χόμενοι; id est, heu Franciam, quæ tot viros ipsa perdidisti,  
 qui si forent incolumes, cunctos barbaros ac hostes tuam  
 molientes ruinam dimicando superare possent, aciēq; pro-  
 fligare? Nonne igitur laudanda Germanorum concordia,  
 nulla neque statuum nec religionum varietate conuulsa aut  
 debilitata? Vnde tantum hodie, quantum vñquam antea,  
 florere fertur Germania. Iam verò quod pertinet ad tyran-  
 num, quæro, num subditorum & priuatorum alicui liceat  
 eum impunè occidere? Licere putat Cicero. Nulla est enim  
 (inquit) societas nobis cum tyrannis: sed potius summa di-  
 stractio est. Neq; est contra naturam spoliare eum, si possis,  
 quem honestum est necare. Neque se obstrinxit scelere, si  
 quis tyrannum occidit, quanuis familiarem. Hæc ille. Quæ  
 quidem sententia contraria potest. L. minimè maiores:  
 D. de Religiosis & sumptibus funerum. Quin etiam Iahel  
 vxor Haber Cinæi interfecit Sisaram tyrannum, ob eamque  
 rem angelus Domini benedixit ei. vt legimus Iudicum cap.  
 4.&5. Sic etiam Aeglon rex ab Aodo viro forti & strenuo,  
 populo factum probante, atque ad illud ipsum instigante  
 spiritu Dei, peremptus est. Iudicum ca.3. Hæc & alia con-  
 tra tyrannos adduci possunt, vt hinc verisimile sit, aliquem  
 etiam priuatum posse tyrannum impunè necare. Quæ pro  
 tyrannis in contrariam partem adduci possunt, omitto in  
 præsens, atque illud modò dicam, quod silentio præterire  
 nullo modo possum. Nam si ista necandi tyrannos prin-  
 cipes licentia priuatis hominibus impunè permitteretur;  
 nonne sèpè numerò contingret, vt boni frugique prin-  
 cipes à nefariis quibusque, objecta falsò tyrannidis nota, tru-

cidarentur? Nonne hoc Pertinax domi bellique rebus gestis  
 clarus & bonus princeps expertus est, quem (cum neq; villa  
 aut tyranicam aut omnino Imperatoriam pompam ostentaret)  
 immanissimi milites grauem ipsis atque onerosum è  
 medio tollendi consilia inierunt, factoque impetu obtrun-  
 carunt? Cum enim flagitiosissimi milites illi conspicerent  
 cum in summa morum vitæque modestia agentem, nec  
 præsentem rerum conditionem satis æquo animo ferrent,  
 veteremque illam licentiam violenter se gerendi, raptandi-  
 que omnia affectarent, atq; iam alterum cuperent impera-  
 torem indulgentem atque intemperantem, nihilq; denique  
 non licentiæ præbiturum Pertinacis loco imponere rebus  
 Romanis, Pertinacem veluti malum principem indignumq;  
 tanto principatu peremerunt. Nonne idem expertus est  
 Alexander Seuerus optimus Imperator? qui quum annos  
 quatuordecim sine villa subiectorum querela, atque adeò  
 sine sanguine imperasset (abhorrebat enim à cædibus &  
 crudelitate, neminem nisi iudicio damnatum perire passus)  
 insurrexerunt in eum maleuoli plerique, qui suapte natura  
 proni ad res nouaudas, & tam longum principatum gra-  
 uati, sperantesque alterum mox Principem adepto præter  
 exspectationem imperio, plus aliquantum utilitatis hono-  
 rumque ipsis ac studii delaturum, posteaquam vulgo ob-  
 trectassent Alexandro, quod sub matri auctoritate adhuc  
 esset, nihilque non ex arbitrio consilioq; illius administra-  
 ret, bellumque segniter & timidè gereret, dicerentque mul-  
 tum se detrimenti cunctatione illius in oriente accepisse,  
 nihilque adhuc fortiter ac viriliter ab eo gestum aduersus  
 Germanos, decreuere tandem Alexandrum obtruncare,  
 eoque perempto, imperium tradere Maximino. Quod &  
 fecerunt. Verum enim uero ut ad Pibracium nostrum re-  
 deamus, assentem, tolerandum esse potius tyranni do-  
 minatum, quam pacem patriæ turbandam, illi prorsus acce-

dit & astipulatur doctissimus ille vir Stephanus Paschasius,  
 Huguenotorum (vt vulgo vocantur) hostis atq; osor acer-  
 rimus. Is enim in decimo Gallicarum Epistolarum libr. de  
 bellorum ciuilium incommodis verba faciens , ita conclu-  
 dit,in hæc verba differens : C'est pourquoy si de deux maux  
 il faut choisir le moindre , Je ne douteray point de dire à  
 pleine bouche & cœur ouvert , qu'encores que la tyrannie  
 soit odieuse à Dieu , & au monde , & qu'à la longue elle per-  
 de son autheur , si aymeray-ie tousiours mieux vne tyran-  
 nie pendant vne paix , que de tomber en la misericorde d'u-  
 neguerre ciuile. Je souhaite vne bonne paix , si telle on la  
 peut obtenir : & si on ne la peut obtenir , il me semble que  
 la plus fascheuse que l'on puisse proposer est plus expe-  
 diente au Roy & à la patrie , qu'vne guerre ciuile. Les  
 armes sont iournalieres , les iugemens de Dieu inconnus ,  
 & n'est pas dit que ceux qui suivent le meilleur party doy-  
 uent tousiours vaincre . &c. Et paulò pòst. Faites qu'un  
 maistre desgaine à la chaude-cole son espée contre son va-  
 let , & qué le valet pour euyter le danger mette la main  
 aux armes , le maistre portera la moitié de la peur : lequel  
 peut toutesfois commander à la baguette luy seul à cinq  
 ou six desseruiteurs , & s'en faire croire , quand les affaires  
 de sa famille sont calmes. Quelque chose que l'on vueille  
 dire , iamais le Roy n'a tant gaigné sur ceux de la Religion  
 en temps de guerre , comme il a faiët en ses Edicts de Pa-  
 cification. Quorum verborum hic sensus est : Itaq; si ex duo-  
 bus malis minus eligendum est , non dubitabo palam & aper-  
 tè dicere , tametsi Deo & hominibus iniusa sit tyrannis , tan-  
 demque suum perdat auctorem , malle me tamen durante  
 pace pati tyrannidem , quam in ciuilis belli misericordiam  
 incidere. Exopto bonam pacem , si talis haberí possit : quæ  
 si obtineri nequeat , mihi quidem vel mol. stissima pax Regi  
 atque patriæ ciuili bello vtilior videtur. Incertus cnim ac

anceps atq; communis Mars est, incerti atq; varii bellorum exitus ac euentus, incognita Dei iudicia, neque illud ratum habetur & pro comperto ac constituto, eos, quorum causa melior est, semper victuros. Et paulò post, inquit: Quod si quis efficeret, ut dominus quispiam ira exardens stringat gladium in seruum suum, & seruus periculi vitandi gratia se se armis defendat, haud dubie dominus in medio metu erit, mediumque timoris partem impressam animo sustinebit: qui alioqui poterit, tranquillis familiæ rebus, vel solo fuste aut bacillo quinis aut senis famulis imperare, atque ut promptissimè imperata faciant, compellere. Quicquid alii dixerint, nunquam Regi bella in aduersæ religionis patronos & fautores suscepta tantum profuerunt, quantum pacificationis Edicta. Ob eamque causam Pibracius Tetrasicho 97. eum censem imperitissimum, qui populum ad arma concitat: subiungit enim,

*On trouuerra, les voulant desarmer,  
Que de sujets ils sont deuenus maistres.*

Id est, ut ego verti :

*Cerner eos dominos, modo qui seruire solebant,  
Ius & heros veteres non retinere suum.*

Vnde prudens & disertus ille Paschasius libro septimo Epistolarum inquit : Il n'y eut jamais guerre ciuile, qui n'ait produit un Chaos, meflange, & dissolution generale de toutes choses. C'est pour bien dire, Rat en paille: chacun y est maistre. Et c'est la cause pour laquelle les plus grands Empereurs furent contraints, en tel desfarry, caller la voille à la tempeste. De sorte que ce grand Auguste haranguant au milieu de son camp, ceux qui estoient à sa suite, il les appelloit, pendant les guerres ciuiles, ses compagnons: mais quand il en fut dehors, & l'estat lui étant

asseuré, il les nommoit ses soldats. Et tout ainsi qu'un sage Senateur de Rome nommé Alphenus Varus disoit, que durât les troubles, les gendarmes se dônoient plus de loy & & auctorité que leur capitaines : Aussi veullent faire le semblable les Gentils-hommes au prejudice des Rois, Princes, & grands Signeurs. Un Prince iuste n'a pas lors assez de quoy pour fournir à tant d'insatiables cupiditez qui sont en armes. &c. Id est: nullum vñquam exarsit ciuile bellum, quod non chaos quoddam & confusio nem, atque adeò vniuersam rerum omnium dissolutionem pepererit. Etenim ciuile bellum, ut venustè loquar, iuxta prouerbium, est mus in palea: vbi omnes promiscuè dominantur. Ideoque magni olim Imperatores eiusmodi confusionem cernentes, coacti s̄penumetò fuerunt co orta iam & sonora tempestate vela contrahere: vsque adeò ut magnus ille Cæsar Augustus tempore belli ciuilis milites, quos in media acie hortabatur, socios & com militones appellauerit: quos postea confectis ac finitis bellis ciuibibus, cùm tutò iam frueretur imperio, milites vocauit. Ac veluti sapiens ille Senator Romanus Alphenus Varus dictitabat: tempore belli milites sibi plus iuris & auctoritatis usurpare solent quam duces: ita nobiles facere volunt in Regum, Principum, magnorumque Procerum præiudicium. Iustus enim Princeps non habet tum satis opum, vnde possit inexplebilem omnium qui sub eo militant cupiditatem satiare. Hæc ille. Sed vide tute lector Paschasiūm ipsum in libris ante citatis super hac re fusè copioseque differentem: & maximam, mihi crede, hauries inde voluptatem. Me autem sapientiæ studio deditum existimes ista tantum ingenii exercendi caussa disputasse.

## T E T R A S T I C H O N .

C. X I.

**A** Ton Seigneur & ton Roy ne te ionë,  
 Et fil t'en prie, il t'en faut excuser:  
 Qui des faueurs des Roys cuide abuser,  
 Bien tost froissé chet au bas de la rouë.

## B I C A R T O N .

*Ne domino Regique tuo colludere tentes:*  
*Teque illi excusa, ludere quando iuber.*  
*Qui Regum se sperat abuti posse fauore,*  
*Labitur extemplo quassus ad imarotæ.*

## S C H O L I O N .

Parum est tutum cum præpotentibus, maximèque cum Regibus ac tyrannis habere commercium, quibus quod libuit licet, quique nutu possunt perdere, si quando libeat. Ob eamq; rem Callisthenem admonuit Aristoteles, ut cum Alexandro Rege aut raro loqueretur, aut iucunda. Sed stultum illum dati consilij parum memorem nimis libet, rē locutum esse docet Plutarchus. Nam cum dictis exulcerasset Regis animum, venit tandem in suspicionem proditionis, ita ut decessisse eum alii ab Alexandre suspensum dicitent, in vinculis alii morbo afflictum. Idem Plutarchus refert Solonem à Crœso spretum, quod nimurum liberè respondisset illi roganti, num quicm hominem se nosset beatorem? Quum autem dixisset Solon, Tellum nosse se atq; Cleobin & Bitonem beatiores, qui & honestè vixissent, & magna cum laude ac gloria è vita migrassent. quid? inquit Crœsus, nullo nenos numero inter beatos habes? Respondit Solon, expectandam esse ultimam vitæ diem, & ne-

minem ante obitum dici beatum debere. Quibus verbis  
graui ter offendit Crœsum, & ab eo despectus discessit. Quē  
cūm Aesopus fabularum scriptor, quem Crœsus accitum in  
honore habebat, admoneret, οὐ τοῖς βασιλεῦσσοι δέοις ἡκιστε  
ἡώς ἡδίαις ὀμιλεῖν, id est, quod cu[m] regibus aut quam minime,  
aut quam iucundissimè agendum esset & colloquen-  
dum: Solon respondit, μὰ Δία, αλλ' ᾧς ἡκιστα ἡώς ἀρετα,  
Id est, non per louem: immo potius aut quam minimè, aut  
quam optimè.

### T E T R A S T I C H O N .

C. X I L

**Q** UI de bas lieu (miracle de Fortune)  
En vn matin t'es hauſé ſi auant,  
Penses-tu point que ce n'est que du vent,  
Qui calmera, peut eſtre, ſur la brune?

### B I C A R T O N .

Ex humili qui manè loco ſublatus in altum,  
Fortuna monstrum prodigiumque tumes,  
Non hæc, queis adeò turges, reputas quaſi ventum,  
Ueffere qui ponet flamina forteſſa?

### S C H O L I O N .

Ioannes Richardus in suis in Petronium Arbitrum notis  
hoc Tetraſtichon diſtico comprehendit:

Terra nate, oſtentum fortunæ, alta repens, non  
Lapsura hæc ſera flamina luce vides?

Quārib[us] autem verterit, iudicet ipſe noſtram versionem  
i[n]ſpiciens. Cæterūm vt Scenæ verbis utar Epilt. 4. Nemini  
nem eō fortuna prouexit, vt non tantum illi minitaretur,

quantum permiserat. Noli huic tranquilitati confidere, momento mare vertitur, eodem die ubi luscrunt nauigia sorbentur. Pibracius autem allusisse videtur ad illud Euripi dis:

*εκέίνως τῶν πτε λαμπεῖσθαι νεύδεις Βίοις,*

*τεύδεις δὲ τύχα καὶ πεῖματα αἰέμενα.*

Id est,

Eorum, qui olim clari & insignes fuerunt, vita declinat. Fortuna quoque declinat ut flatus ventorum. Huc quoque referri potest adagium, Nescis quid serus vesper vehat. Ad quod respexisse videtur Pibracius. Hoc enim adagio monemur, ne presentium successuum prosperitate sublati intumescamus, ne ve presenti credamus fortunæ, cum quid vesper ferat, incertum sit, ut ait Tit. Liuus lib. 5.

### T E T R A S T I C H O N.

#### C. XIII.

*L'Estat moyen est l'estat plus durable:  
On voit des eaux le plat pais noyé,  
Et les hauts monts ont le chef foudroyé:  
Un petit tertre est seur & agreeable..*

### B I C A R T O N.

*Qui modicus status est, certè diuturnior idem.  
Planities vndis obruta tota iacet.  
Excelsos feriunt ruilantia fulmina montes.  
Parvulus in tuto collis ubique placet,*

### S C H O L I O N.

Alludere videtur ad illud ἐπισόδιον Tragicum, Τὰ μεγάλα δῶρα δὲ τύχης, ἔχει φόβον, Καὶ τὸ πάνυ λαμπεῖσθαι τὸν αἰνδυμον κυρεῖ. Οὐδὲ αἰσφαλὲς πᾶν ὑψός εὐθυγάρει, Οὐδεὶς εὑρεῖ, οὐδὲ δύναται πᾶς, φέρει φόβον, ἐπειγεὶς αἴρεις

Ἐ καλῶς περάπτειον φέρειν. Ή δὲ μεσότης ἐν πάσοιν αἰσφαλεσσέσθια. Τῷ μήτε λίαν ἐν ταπεινῷ τὸν Ψυχῆς Μέρος φέρειον, μήτ' ἐν ὑψηλῷ πάλιν. Καὶ νῦν πέσοι τὸς ἐξ ἔλατον τὸ μέτεως, Εὐωθεῖκαρποῖον ἔχει τὰ δυναταὶ πεζίαι. Id est: magna fortunæ dona non vacant metu. & splendor exitius non est sine periculo. neque tutum est quicquam altum inter homines, ut quod eueriti soleat vel tempore vel inuidia, vbi quispiam prosperitatis culmen attigerit. Mediocritas autem in omnibus & vbiq; tutior, quia neque nimis in humili animæ parte versatur, nec rursus in sublimi. Etsi enim ceciderit aliquis per minus interquallum, incidit in calamitatem, quam facile tegat celetque.

## TETRASTICHON.

c. xiiii.

**D**E peu de biens nature se contente,  
Et peu suffit pour viure honnestement,  
L'homme ennemy de son contentement,  
Plus & & plus pour auoir se tourmente.

## BICARTON.

*Est paucis natura bonis contenta: valetque  
Iucundè modico candida vita coli.  
Aet homo mente modum sic auersatur iniqua,  
Ut, cùm possideat plurima, plura petat.*

## SCHOLION.

Ouid.lib.1 Fast.

*Creuerunt & opes, & opum furiosa cupido,  
Et cùm possideant plurima, plura petunt.  
Sic quibus intumuit suffusa venter ab vnda,  
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.*

## T E T R A S T I C H O N.

c. x v.

**Q**uand tu verras, que Dieu au Ciel retire,  
*A coup à coup les hommes vertueux,*  
*Dy bardiment, l'orage impétueux*  
*Viendra bientost esbranler cet Empire..*

## B I C A R T O N..

*Cum raptim AEdituos virtutis cernis obire,*  
*Ad Cælum ex isthac orbe vocante Deo,*  
*Dicas audacter, violenta repente procella.*  
*In regna incumbet talibus orba viris.*

## S C H O L I O N.

Alludit meus Pibraci ad id, quod ait Esaias capite 3. excidium Ierosolymitanum ob Christi mortem prædicens: Ecce enim Dominus Deus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortē: omne robur panis, & omne robur aquæ: & virum bellatorem, iudicem, & Prophetam, & ariolum, & senem: Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. Et dabo pueros, qui sint principes eorum, & infantes ac effeminati: dominabuntur iis. &c. AEdituos autem virtutis appello viros virtutis studiosos, atque adeò præcones eius ac prædicatores, sumpta metaphora ab ædituis illis, quorum est ædes sacras tueri. Sic Horatius Epist. 1. lib. 2..

*Sed tamen est operæ pretium cognoscere, quales.*  
*AEdituos habeat belli spectata domique*  
*Virtus, indigno non committenda poëtae.*  
 Quoniam autem de magnorum & insignium virtute viro-

rum morte loquimur, nihil fortassis à proposito alienum dicere videbimus, si eorum mentionem fecerimus, qui eo ipso, quo noster Libracius extremum vitæ diem morte confecit, anno decesserunt. Libracius (vt in eius vita dixi) è vita migravit anno 1584. eodemque anno mortui sunt complures eximii excellentesque viri: nimirum Renatus de Virague magnus Franciæ Cancellarius: Paulus de Foix regius apud Romanos Legatus: duo celebres medici Parisienses, Magnus & Pictrus: Sex iudices tribunalitii, seu Curia classici, Primores vel Primani Patrum Conscriptorum, quos Galli Conseillers de la grande Chambre appellant, Da Puis, Le Sueur, Vignole, Aniorrant, Viole, & du Val. Quos summus Curio primusque (vt vocant) Præses D. Harlæus diuino vir ingenio & doctrina præditus singulari suis ornauit laudibus: sed præcipue Libracium nostrum: quem propter ingenii & morum ac bene dicendi facilitatem felicitatemque laudauit. Ut testatur Stephanus Passchasius lib. 9. Epistolar. Gallicarum. Bone Deus, quantis à morte tantorum virorum cladibus afflita est Gallia? Nonne huic regno talibus ac tantis viris orbato

*Protinus incubuit violenta procella malorum,  
quæ tot tantosque proceres, magistratus, duces, milites,  
principes, atq; adeò illum ipsum Regem, qui tanti imperii  
clavum tenebat, horribili ruens impetu absorbuit? alios-  
que complures, qui adhuc viuunt (si viuere, est vitam in istis  
ærumnarum tenebris luctuque trahere) fundis, familiis,  
omnibusque fortunis euerit, & ad extremam inopiam ne-  
dicam mendicitatem redigit?*

### T E T R A S T I C H O N.

C. X V I.

*L*ÈS gens de bien ce sont comme gros termes,  
Ou forts pilliers qui seruent d'arc sboutans,  
Pour appuyer contre l'effort du temps  
Les hauts estats, & les maintenir fermes.

## B I C A R T O N.

*Structilibus veluti pilis solidisque columnis,  
Id genus ex fulcris nititur alta domus:  
Sic probitate viri insignes firmamina regnis  
Commoda sunt, sancta qua pietate fouent.*

## · T E T R A S T I C H O N.

## C. XVII.

*L'Homme se plaint de sa trop courte vie,  
Et ce pendant n'employe où il deuroit  
Le temps qu'il a, qui suffir luy pourroit,  
Si pour bien viure auoit de viure enuie.*

## B I C A R T O N.

*Exiguum vitæ cursum plerique queruntur,  
In nugis tempus qui tamen omne terunt.  
Quod satis effet iis, idèo si viuere vellent,  
Ut vitam rectè non sine laude colant.*

## S C H O L I O N.

Seneca ad Paulinum lib. de breuitate vitæ, Maior, inquit, pars mortalium, Pauline, de naturæ malignitate conqueritur, quòd in exiguum æui gignimur, quòd hæc tam velociter, tam rapidè datæ nobis temporis spatia decurrant, adeò ut exceptis admodum paucis, cæteros in ipso vitæ apparatu vita destituat. &c. Verùm ut Seneca, quem sectus est meus Pibracius, ibidem inquit, Non exiguum temporis habemus, sed multum perdimus. Satis longa vita, & in maximarum rerum consummationem largè data est, si tota bene collocaretur. Sed ubi per luxum ac negligientiam defluit, ubi nulli rei bonæ impenditur, ultima de-

mum necessitate cogente, quam ire non intelleximus, transisse sentimus. Ita est. non accepimus breuem vitam, sed fecimus: nec inopes cius, sed prodigi sumus. Sicut amplae & regiae opes vbi ad malum dominum peruerterunt, momento dissipantur: at quamvis modicæ, si bono custodi traditæ sunt, vsu decrescunt: ita ætas nostra bene disponenti multum pater. Quid de rerum natura querimur? illa se benignè gessit. Vita, si scias vti, longa est. Hæc ille.

## T E T R A S T I C H O N.

C. XVIII.

**T**Une fçaurois d'assez ample salaire  
Recompenser celuy qui t'a soigné  
En ton enfance, & qui t'a enseigné  
A bien parler, & sur tout à bien faire.

## B I C A R T O N.

Non satis illius poteris pensare labores,  
Cui curæ fueris parvulus arte carens:  
Et qui te vigili studio benedicere, nec non  
Recte agere (vt Phœnix Eaciden) docuit.

## S C H O L I O N.

Vetus quidem illa doctrina (vt ait Cicero libr. 3. de Orat.) eadem videtur & recte faciendi, & bene dicendi magistra neque disiuncti doctores, sed iidem erant viuēdi præceptores, atquedicendi. vt ille apud Homerum Phœnix, qui se à Peleo patre Achilli iuuani comitem esse datum dicit ad bellum, vt illum eticeret oratorem verborum, actoremque rerum. Hæc Cicero, Homeri verba in nono Iliadæ hæc sunt:

Σοὶ δέ μι<sup>ν</sup> ἐπειπτε γέρων οὐαγάδα πηλεὺς  
ημαὶ τῶ, ὅτε σ' ἡμί Φθίης Αγαμέμνονος πεμπε  
νήπον, ἥπταισθ' ὄμοις πολέμοιο  
ὅδ' αγοράν, ίνα τ' αἰδες δέσπεσπέες τελέσουσ,  
τύνεκα με περένκε διδασκέμενα τοδε παντα,  
μύθων τε ἥπτηρ' ἔμεναι, πεντήρα τε ἔργων.

Quæ verba sic optimè conuersa reperias apud Lodoicum  
Strebæum in tertio Commentario in tertium librum Cice-  
ronis de Oratore:

*Met tibi eques senior Peleus dedit illo  
Tempore quo Phthia regi te Agamemnoni misit  
Expertem puerum Martis, qui est omnibus idem,  
Conuentusque rudem, qui fert decora alta virorum.  
Ire igitur comitem iussit, quò te ista docerem  
Verborum orator, rerum quoque prouidus actor.*

Quocirca veteres Romani Græcique, præceptores non  
minus quam parentes colendos existimarunt, eosdemque  
parentes esse non quidem corporum, sed mentium credide-  
runt. In his autem est etiam Cicero, & Quintilianus. Ergo  
dent, obsecro,

*Dij maiorum umbris tenuem, & sine pōdere terram.  
Spirantesque crocos, & in urna perpetuum ver,  
Qui præceptorem sancti voluere parentis*

*Effe loco.* Ut ait Iuuenalis. Duo mihi præceptores  
fuere honorati & doctissimi viri, quorum alterū iniqua mi-  
hi mors eripuit PETRVM AVTHINLECTVM, cuius me-  
moriā ipse colam, dum spiritus hos reget artus. Alteri  
verò superstiti, ROBERTO VILKEIO, qui mihi fuit Phi-  
losophiæ magister, & viuendi præceptor, tantum debeo,  
quantum persoluere non possum. Sed tamen quamdiu  
vita & communi spiritu fruar, tot & tanta eius in me

collata beneficia, & dulce nomen eius grata memoria,  
gratoque animo prosequar.

## T E T R A S T I C H O N.

C. XIX.

*E*s ieux publics, au theatre, à la table.  
*E*cède ta place au vieillard & chenu:  
*Q*uand tu seras à son age venu,  
*T*u trouneras qui fera le semblable.

## B I C A R T O N.

*In mensa, & ludis celebrandis stante theatro,*  
*Cede locum cano, gnaua iuuenta, seni.*  
*Cum tandem ad seros eius peruerteris annos,*  
*Qui dignetur, erit, temet honore pari.*

## S C H O L I O N.

Ioannes Richardus, cuius antea mentionem feci, in suis  
in Petronium notis hoc Tetraстich. disticho complexus est:

*Cede seni cano in mensa, cede in que theatro:*  
*... Par tibi qui referat, inueniesque senex.*

Nec mihi profectò displicet. Non illi tamen cedet nostrum  
Tetraстich. vel ipso iudice Richardo. Sed eia dicite vos alii,

*Quis melius, quam nos, Pibraci carmina vertit?*

Sunt enim nonnulli, ut audiui, qui eundem laborem suscep-  
tent. Ergo iudicent illi de meo, dum modò legibus se iisdem  
adstrinxerint, id est, non longius à Gallicis verbis in sua in-  
terpretatione latina discesserint, quam me discessisse videt.  
Et si carmina sua nostris meliora putent, edant in lucem, ut  
& nos quoque videamus.

*Hectoris at timidos terrent vestigia Græcos.*

Dicunt Flor. Christianum virum eruditissimum Græco cul-  
tu donasse ista Pibracii Tetraasticha. Id verò cōfirmat meus  
ille Sc̄euola Sammarthanus his versibus.

*Quæ Graio de fonte Faber prius hauserat, illa  
Transtulit ad Graios mellito carmine Florens.  
Sic irtæ Oceano voluuntur in aquora lymphæ.*

Ego viribus tanti viri non indubito, cuius Græca carmina  
si legissem, & mihi ad manum fuissent, cùm ista cōponerem,  
fuissent nostra fortasse paulò meliora. Sed ego de tyrun-  
culis loquor, qui cùm vix possint proferre tria verba lati-  
na, nec quantitates syllabatum teneant, conatisunt tamen  
(vt accepi) fulgentes Pibracii nostri gemmas suæ pici inse-  
rere: cumque Musarum carcinomata aut vomicæ, poëticā-  
que excrementa potius quām poëtæ dici possint & debeat,  
miror quomodo ausi sint versionum suarum colluisionibus  
atque latrūnis illis cōspurcare Pibracium, quem multis in  
locis, certò scio, non intelligunt ignari Græcarum litera-  
rum & Philosophiæ. Quòd si me lecto cœperunt intelligere,  
agant mihi gratias & habeant. Cæterum vt ad Pibracium  
reuertar, cedendum esse senibus in mensa & theatro præci-  
pit. Hoc enim diuina lex, & humana iura factum volunt.  
Vnde Leuit. cap. 19. coram cano capite consurge, & hono-  
ra faciem senis. Atque vt refert Gellius capit. 15. libr. 2.  
Apud antiquissimos Romanorum neque generi, neque pe-  
cuniæ præstantior honos tribui quām ætati solitus. Maio-  
resque natu à minoribus colebantur ad Deūm propè &  
parentum vicem. Atq[ue] in omni loco, inque omni specie  
honoris priores potentioresque habiti. A conuiuio quoque  
seniores à minoribus domum reducebantur: etumq[ue] mo-  
rem accepisse Romanos à lacedæmoniis traditum est: apud  
quos lycurgi legibus maior rerum omnium honos maiori  
ætati habebatur. Hinc illud Ouidii:

*Magna fuit quondam capit's reverentia cani,  
Inque suo pretio ruga senilis erat.*

Et Iuuinalis,

*Improbitas illo fuit admirabilis ævo.*

*Credebant hoc grande nefas, & morte piandum,*

*Si iuuenis vetulo non assurrexerat, & si*

*Barbato cuicunque puer, licet ipse videret*

*Plura domi farra, & maiores glandis aceruos:*

*Tam venerabile erat præcedere quattuor annis:*

*Primaque par adeò sacræ lanugo senectæ.*

Et Xenophon moriturum iam Cyrum dixisse scribit, fuisse  
eam Legem Persarum: Senioribus non solum fratribus, sed  
etiam ciuibus, & incedendo & dicendo, cedendum.

### T E T R A S T I C H O N.

c. xx.

*C*Il qui ingrat enuers toy se demonstre,  
Va augmentant le los de ton bien-faict:  
Le reprocher maint homme ingrat à fait,  
C'est se payer, que du bien faire monstre.

### B I C A R T O N.

*Qui se se aduersus te ingratum monstrat, ad auget*  
*Laudem, quæ merito debita multa tuo est.*  
*Multos ingratos meriti exprobratio fecit.*  
*Nil debes, iactet, si sua dona dator.*

### S C H O L I O N.

Seneca cap. 1. lib. 1. de Beneficiis, Multos inquit, expe-  
rimur ingratos, plures facimus: quia aliâs graues expro-  
bratores exactoresque sumus, aliâs leues, & quos paulò  
pôst muneric sui pœnitent, aliâs queruli, & minima mo-  
menta calumniantes. &c. Idem libr. 2. de Benefic. Qui

dedit, inquit, beneficium, taceat: narret, qui accepit. Dicetur enim, quod illi ubique iactanti beneficium suum: Num negabis, inquit, te recepisse? & cum respondisset. Quando? Sæpe quidem, inquit, & multis locis: id est, quoties & ubiunque narrasti. Quid opus est te loqui? quid alienum occupare officium? Est qui istud facere honestius possit: quo narrante, & hoc laudabitur, quod ipse non narras. &c. Vnde Martialis:

*Quæ mihi præstiteris, memini, semperque tenebo.*

*Cur igitur taceo Posthume? tu loqueris.*

*Incipio quoties alicui tua dona referre.*

*Protinus exclamat: Dixerat ipse mihi.*

*Non bellè quædam faciunt duo. sufficit unus*

*Huic operi. si vis ut loquar, ipse tace.*

*Crede mihi, quamvis ingentia Posthume dones,*

*Auctoris pereunt garrulitate sui.*

### T E T R A S T I C H O N.

c. xxI.

**B**OIRE & manger, s'exercer par mesure,

Sont de santé les outils plus certains,

L'excès en l'un de ces trois aux humains

Haste la mort, & force la nature.

### B I C A R T O N.

*In quietum modus est exercitio que tenendus:*

*Hinc mens in sano corpore sana viget.*

*Excessus sed in horum aliquo natura fatiscit,*

*Atque hominem misere mors properata necat.*

## S C H O L I O N.

Socrates apud Xenophontem, Απομνημονία μέτων. α. την  
περιπολίαν την περιπολίαν, Id est, eum, qui plus  
satis comedit, nimioque cibo se onerat, & eum qui sese  
immodicis laboribus exercet, vituperat. Tantum verò la-  
borare, quantum animus libenter & iucundè suscipiat, illud  
approbat. Hanc enim exercitationem & ad sanitatem fa-  
tis esse dicebat, & animi curam non impedire. De im-  
modico labore sic Ouidius.

*Me quoque debilitat series immensa laborum,*

*Ante meum tempus cogit & esse senem.*

*Ocia corpus alunt, animus quoque pascitur illis:*

*Immodicus contrà carpit utrumque labor.*

Carpit etiam incontinentia. Vnde illud Philonis, Εγκρα-  
τίας μὲν, ἵνεα καὶ ιχύς. αὔρατίας δὲ, ἀδέεια καὶ νόος  
γελυθία ταῦτα. Id est, continentiam sanitas & robur  
sequitur: incontinentiam verò infirmitas & ægritudo mor-  
ti vicina. καὶ η τάλησμον (vt inquit Chrysostomus) οἰ-  
τεγύρα ταῦτα σήματα τὸ σῶμα μαρτίῳ προσδιδωτόν,  
καὶ τοὺς θαύτας χαλεπώτερα. Id est, Et repletio ex-  
dens & putrefaciens corpus in longum morbum impellit,  
interdum etiam in grauissimam mortem. Quocirca mo-  
dus in victu, hoc est, in potu & cibo, nec non exercitatio-  
ne seruandus.

## T E T R A S T I C H O N.

c. xxii.

*S*i quelquefois le meschant te blasonne,  
Que t'en chaut-il, helas ? c'est ton honneur:  
Le blasme prend sa force du donneur:  
Le los est bon quand un bon nous le donne.

## B I C A R T O N .

*Si tibi quis nequam interdum conuicia dicat,  
Cur tristare, eheu? hinc tibi manat honor.  
Ex culpante omnis sumit culpatio vires:  
Et bona laus hac est, quam tribuere boni.*

## S C H O L I O N .

Ait Sallustius, Aequa laus est, à laudatis laudari, & ab improbis improbari. Et Cic.lib.5.Epi.Fam.ad Luceium scribens, inquit: Placet enim Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum laudari se lætatur, sed addit etiam, à laudato viro. Quare Cicero oratione contra Vatinium inquit: Clarissimo viro nonnullam laudatione tua labeculam aspergis. In illorum enim numero mauult T. Annus esse, qui a te vituperantur.

## T E T R A S T I C H O N .

C. XXIIIL

**N**ous meslons tout, le vray parler se change:  
Souuent le vice est du nom renestu  
De la prochaine opposite vertu:  
Le los est blasme, & le blasme est louange.

## B I C A R T O N .

*Omnia miscemus: variatur vera loqua:  
Virtutis vitium nomina sape capit.  
Et probrum laus est aliquando, laus quoq; probrum:  
Cur? quoniam laudant vituperantque mali.*

## S C H O L I O N .

A malis laudari non laus, sed dedecus esse putatur, quia

mali neminem ferè laudant, nisi ob insignia malefacta,  
 vt sensit Antisthenes Philosophus: qui cùm à malis aliquando laudaretur, miserè, inquit, metuo, ne mali fortè quippiam fecerim. vt refert Laertius lib. 6. Nam vt ait Fulgosius cap. 2. lib. 7. perraro contingit, vt aliquis quæ moribus suis contraria sint, laudare velit. Itaque vix fieri potest, vt mali laudent bonos & quæ bona sunt. Ea igitur laudare solent, quibus ipsi gaudent, quæque ipsis placent maximè & arrident. Ergo cùm malis maximè gaudеant mali, laudare solent malos, & ea quæ mala sunt ac vituperanda. Bonos autem, quorum mores eorum moribus repugnant, despiciunt atq; vituperant. Ob eamque causam boni non delectantur laude à malis hominibus profecta: sed in illorum numero malunt esse, qui ab illis vituperantur. Ab improbis enim vituperari, laudari est: quia vir bonus sic viuit, vt vituperanti non habeatur fides. Ideoque Plato, cùm quidam ei dixisset, esse nonnullos, qui ipsum maledictis insecentur: Αλλ' ἐγώ, inquit, σὺ τὸ διάγετον, ὃς τὸ ἀποτελέσθη αὐτὸς, id est, At ego sic viuam, vt illis non credatur. Ceterum quod attinet ad virtutes & vitia, de quibus hic loquitur Pibracius: Sanè vitia (vt inquit Seneca epist. 45.) nobis sub virtutum nomine obrepunt. Temeritas sub titulo fortitudinis latet. Moderatio vocatur ignavia. pro cauto timidus accipitur. In his magno periculo erratur. Idem epi. 120. Sunt enim (inquit) virtutibus vitia confinia, & perditis quoque ac turpibus recti similitudo est. Sic mentitur prodigus liberalem. imitatur negligentia facilitatem, temeritas fortitudinem. Et Aristoteles lib. 2. Ethicorum, εἴ τις πέδη μὲν, inquit, τὸ μέσον ἔνοισι ἀργοῖς ὄμοσότης ήτις φανετας, ὡς τὴν θεραπείην πέδη τὴν αἰσθέσιαν, καὶ τὴν ἀσωθίαν πεδεῖ τὴν ἐλαφρότητα. Id est, præterea verò quovisdam extremis cum medio similitudo quædam intercedere videtur: vt audacia cum fortitudine, profusioni cum liberalitate. Quam-

obrem ut ait Cicero in Partitionibus, Cernenda sunt diligenter, ne ea nos fallant vitiæ, quæ virtutem videntur imitari. Nam & prudentiam malitia, & temperantiam immanitas in voluptatibus aspernandis, & magnitudinem animi, superbia in animis extollendis, & despicientia in contemnendis honoribus, & liberalitatem effusio, & fortitudinem audacia imitatur, & patientiam duritia immanis, & iustitiam acerbitas, & religionem supersticio, & lenitatem molitiae animi, studiisque bonis similia videntur ea, quæ sunt in eodem genere nimia. Hæc ille. Huc referenda Græcorum historia est apud Thucydidem lib. 3. Cum enim status ciuitatum Græciæ seditionibus agitarentur, sic insanire omnes videbantur (ut in Gallia iam plerique) ut quicquid alibi actum audiretur, aliorum animos ad id postea superandum acueret, vel rerum nouitate, vel conatus solertia, vel vltionis insolentia, consuetis rerum vocabulis in excusationem conuerſis. Temeritas fortitudo amicorum studioſa vocabatur: præceps indignatio virilitati ascriebatur: qui exæstuaret, is fidelis semper: qui huic contradiceret, is suspectus habebatur: cui insidiæ succedebant, is erat astutus, & eo astutior, si alterius insidias prouidisset: qui prospiciebat, ne foret in partibus, amicitiæ dissolutor, & aduersariorum timens. Omnino qui in nocendo alterum præuenisset, laudabatur, & qui ad hoc non cogitantem exhortatus esset. Ut alia omittam, quæ inibi Thucydides commemorat, atque hodie confieri videmus.

## T E T R A S T I C H O N.

C. XXIII.

**E**N bonne part ce qu'on dit tu dois prendre,  
Et l'imparfait du prochain supporter,  
Courir sa faute, & ne la rapporter,  
Prompt à louer, & tardif à reprendre.

## B I C A R T O N.

*In partem debes meliorem exponere dicta:*

*Vicini offensas & tolerare leues:*

*Celare ipsius vitium, non prodere vulgo:*

*Promptus laudare, & carpere tardus eris.*

## S C H O L I O N.

Tanta est maleuolorum hac tempestate rabientium insania  
& amentia, ut bene dicta male dicta censeant, omnia ad  
voluntatem maligne & peruersè interpretantes: quique  
omnia quæ dicuntur, verborum magnificentiâ metientes,  
viros bonos ac simplices piè magis quam ornatè loquen-  
tes interdum à fronte, interdum à tergo rident: quorum  
dicta licet ambigua, parunque splendida & ornata in mi-  
tiorem partem interpretari deberent & accipere, bene  
dicta vero laudare leibusque erratis ignoscere. Quan-  
quam enim errare, labi, decipi turpe ducimus, ut ait Ci-  
cero:

*Sunt delicta tamen, quibus ignouisse velimus.*

*Nam neq; chorda sonum reddit, quem vult manus  
& mens,*

*Poscentique grauem persæpermittit acutum.*

*Nec semper feriet quodcumque minabitur arcus.*

*Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis*

*Offendar maculis, quas aut incuria fudit,*

*Aur humana parum cauit natura.*

Vt ait Horatius. Quales autem carminum Horatius, ta-  
les ego dictorum omnium & factorum censores esse dico  
debere: ut si plura in illis nitere videant, paucis maculis

non offendatur. Nam quis consequi potest in omnibus perfectionem? Nemo, Hercule, nemo. Quanuis igitur omnes acutius atque acrius vitia in dicente, quam recta videant: non est tamen quod paucula, quae incurunt delicta, illa etiam, quae laudanda sunt, obruant. Nonne stulte, immo iniquè facit is, qui de natura queritur, quod quædam genuerit homini noxia dissimulatis tot bonis, quæ alma parens natura peperit? Nonne etiam iniquus ille stultusque iudicandus, qui queratur calumnieturque, diram mortali bus perniciem esse Nilum, alioqui frugiferum AEgypto, quod Crocodilum habeat aut Aspidem? quod venena nutrit, nulla habita ratione frugum, quas AEgyptiis latissimas vberimasque felici inundatione limoque producit, quibus calumniator ille frui possit, vitamque sustentare? Nonne pari modo stolidus & iniquus censendus is est, qui orationem cuiuspiam multis virtutibus exuberantem, multisque aureis & diuinis affluentem sententiis, aut certe fructuosam magis quam splendidam cauilletur, ob aliquot voculas temerè elapsas? Quapropter isti rabulæ, in quibus satis est loquentiæ, sapientiæ parum, longè melius honestiusque secum actum iri cogitarent, si pauca quædam errata in dictis & scriptis alienis offendentes, non inde statim obtrectationis materiam colligeret, nec ita suam humanitatem abiicerent, vt ob leuem aliquem errorem, tantas in errantem Tragœdias excitent: sed si celare nolint errorem, amicè saltem corrigerent, & eum, qui lapsus est, errore humano teneri iudicarent. Nam quid opus est in alterius famam debacchari? vel publicè tam fœdam inscitiæ notam alterius parum aptè parumque ornatè aliquando loquentis nomini inurere? vel oculis tam ardentibus, labiis spumantibus, voce immani, toto denique corporis habitu in virum leuiter errantem conceptum animis odium iniquo quodam & furiali modo testari? Quem-

admodum nonnulli faciunt, qui minus quidem mentis habentes, quam Dithyrambici poëtæ, sic buccas inflant, & biles tument, superciliaque contrahunt, ut eos ira odioque herniosos ad gulam vsq; dixeris: à quibus profectio tāquam vespis, quæ raucæ sunt & mordaces, nihil præter aculeum est expectandum. Illi etenim calumniatores & perficitæ frontis sycophantæ, turn demum præclarè secum agi putant, cum viris probis atque etiam doctis insultant, in eos linguam virulētam, & subsannatione suffarinatam exacunt, eos fugillant, & maledicētia sua vellicant, eorum dictis & scriptis immodicè ac impudenter in dies singulos obloquentes. Qui tanquam anseres oloribus obstrepunt, & veluti rabiosi canes viros insolentes, eruditos, & laude dignos allatrant: digni me Hercule qui cum larvis luctarentur. Sed de his hactenus.

## T E T R A S T I C H O N.

c. xxv.

**C**Il qui se pense, & se dit estre sage,  
Tien le pour fol: & celui qui sçauant  
Se fait nommer, sonde le bien auant,  
Tu trouueras, que ce n'est que langage.

## B I C A R T O N.

*Qui sibi cognomen sapientis sumit, in album  
Stultorum merito mittitur ille suo.  
Tenta hunc, qui docti venatur nobile nomen,  
Huncque scies, præter verba, tenere nihil.*

Vel sic

*Qui sibi cognomen sapientis vendicat, hunc tu  
Stultiæ famulis annumerare potes.*

Ad verbum sic

*Qui putat, & se se sapientem dicit, eundem  
Tu vanum & stultum dicere iure potes.*

S C H O L I O N.

Tò μὲν οὐφὸν, ὡς Φᾶδρε, καλέιν, ἔμαυγε μέχε εἴναι δοκεῖ,  
καὶ θεῶ μόνῳ πρέπειν, ut ait Plato in Phædro. Id est: mihi  
quidem, ὡς Phædre, magnum videtur cognomen sapientis,  
solique Deo conuenire. Et Socrates apud Platonem in A-  
pologia: reuera solum Deum sapienti esse dicit. καὶ τὸν  
αὐθεωνίσκον οὐφίαν ὅλην θνήτον αἴξιαν εἴναι καὶ θάνατον  
id est, & humana sapientiam patui, immo nihili penden-  
dam esse. Me verò, inquit Socrates, sapientem nominauit  
oraculum: ut nomine meo tanquam exemplo quodam vte-  
retur. Quasi diceret: οὐ μᾶτρ, ὡς αὐθεωνίσκον, οὐ φῶτος  
εἰν, ὅσις ἀπεργο Σωκράτης εἰνακεν, ὅτε θάνατον αἴξιον εἰτ  
τῇ αληθείᾳ πέσει οὐφία. Id est, Is, ὁ virti, sapientissimus est  
inter vos, qui quemadmodum Socrates nouit reuera sapi-  
entiam suam esl: nihili pendendam. Etenim sapientia no-  
men diuinum quiddam, supraque humanam videtur con-  
ditionem, ut ait Iouianus Pontanus libr. 3. de Prudentia. η  
οὐφία δέ κόσμος πύτε, μωεία τεθά τῷ θεῷ εἰν. Id est,  
sapientia enim mundi huius, stultitia est apud Deum. ut ait  
Apostolus. I.ad Cor. 3. Et ibidem dictum est illud in eos, qui  
cūm stulti vanique sint, sapientes tamen esse se putant, κύ-  
ει Θεονώτας τοὺς Διοσκορίους τῶν οὐφῶν, ὅτι εἰπει μά-  
ταιοι. Id est, Dominus nouit cogitationes sapientum, quod  
vanæ sint. Quamobrem Apostolus ibidem, inquit: μηδεὶς  
ἔωτεν εἴχει μετάγρω. εἴ τις δοκεῖ οὐφὸς εἶναι τὸν οὐ-  
τὸν τούτῳ μωρὸς γρέωτω, οὐτα γρόγην οὐφίς. Id est, ne quis  
scipiu n fallat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc  
seculo, stu'tus fiat, ut sapiens reddatur. Damna. itaque Pi-  
bracius cum Apostolo ambitionem & φιλαυλίαν, seu amo-

rèm sui, quo ducti multi sibi multa sumunt. Verùm ne fal-lare, notabis, duplicem esse φησιν, videlicet honestam & turpem: hæc autem improborum, & fugienda: illa bonorum est, & sequenda. vt docet Aristoteles lib. 9. Ethicorum, quem vide. Cæterùm in vanos doctrinæ suæ ostentatores (qui morbus indoctioribus plerunque familiaris est) conuenit adagium, γωνιούμενος, id est, angulares bombyces: apud Iunium. Talis autem iactator fuit Vranius Syrus, qui antea regiam porticum obambulans, & in librariis officinis, magnificè crepabat, & in corona hominum altercabatur, nihil exactè sciens, & tamen plurima se scire iactans.

## T E T R A S T I C H O N.

C. XXVI.

**P**Lus on est docte, & plus on se deffie  
D'estre sçauant: & l'homme vertueux  
I amas n'est veu estre presumptueux.  
Voila des fruits de ma Philosophie.

## B I C A R T O N.

Quo maiore madent doctrinae pectora rore,  
Plus sibi diffidunt, se rata scire minus.  
Et sibi virtutum compos nihil arrogat vñquam.  
En fructus, Sophiae quos mihi cura tulit.

## S C H O L I O N.

Quanto doctior est aliquis, tanto minorem de doctrina ac eruditione sua concipit opinionem. Nos enim quamdiu viuimus, hæsitationum tendiculas nusquam euadimus: quando & Delphici Apollinis calculo tunc primum sapientiam cunctis prælatus creditur Socrates, vbi dicitare palam cœpit, Vnum id scire se, quod sciret nihil. vt ait Rhodigi-

nus cap. 13. lib. 29. lect. Antiq. Socrates enim (vt Plato docet) ita dictabat, cum de pluribus dubitaret, & longè plura ignorare quam scire se intelligeret. Tam est enim si scientiarum omnium cognitio difficultis, vt prius vita tota hominis deficiat, quam vel unius disciplinæ minima ratio perfecte investigari possit. Quod cum animo voluntaret medicorum ille princeps Hippocrates, exclamauit: ὁ θεός θεαχὺς, οὐ δὲ τέχνη μάκρη. Id est, vita breuis est, ars vero longa. Eam ob rem Euoparastrus moriens accusasse naturam dicitur, quod ceruis & cornicibus vitam diuturnam, quorum id nichil interest: hominibus, quorum maxime interfuerit, tam exiguum vitam dedisset: quorum si ætas potuisset esse longinquo, futurum fuisse, ut omnibus perfectis artibus, omni doctrina hominum vita erudiretur. vt refert Cicero lib. 3. Tuscul. quest. Quid? inquit ibidem Cicero, ex ceteris philosophis nonne optimus, & grauiissimus quisque confitetur, multa se ignorare? & multa sibi etiam atque etiam esse discenda? η εἰδέναι λύτρα δὲ αἴρειν, οὐ φίας εἶναι: nosse ignarum se esse, sapientia est. vt Didymum dixisse legimus. Άλλοι τὸν οἰδότες, ως ἐπειτεῖν, δὲν, οἰδέστε τὰ πάντα εἰδέναι. Id est, Sed qui nihil, ut sic dicam, scimus, arotramur nos omnia scire. Ut ait Plato. Bone Deus, quam multos hodie videamus, qui sapientia titulum, doctique nomen sibi vendicantes, εἰ τὴν προφύρα πίησοι, καὶ εἰ τὴν λεοντῆνος, in purpura simix, & in leonina pelle asini obambulant? Qui licet sedulò singant, tamen aliunde prominentes auricula Midam produnt. vt inquit Erasmus in stultitiae Encomio. Iстiusmodi homines similes sunt rhetoris, de quo Plato loquitur. Nam quo erit (inquit) ineptior, atque indoctior, hoc plura narrabit, imitabitur omnia, nihilque se indignum existimabit. Huiusmodi, inquam, homines quanquam indoctissimi audent vel docti simos quosque prouocare, iisque se anteponere, non dissimiles illius pueri

barbari, qui cùm venisset Athenas, magnus sibi videbatur, quòd Græcas literas tres didicisset, *a. B. g.* cùmque in patriam remeasset, magno popularium fauore exceptus, contra prætorem quendam Græcè concionantem positus est: qui posteaquā perorauit, vt erat vocalissimus (namque illud Ciceronis verum est, Plerisque suæ consciens imbecillitatis οὐτὶ τίς κραυγὴν, ὡς ερχωμένος ἐφ' ἵππον πηδᾷ). Id est, ad vociferationem, ut claudos in equum insilire) exclamare perrexit, *a. B. g.* quo clamore perterritus prætor, siluit. Barbari verò ciuem suum viciisse exilimantes, illum magno plausu domum reduxerunt. vt meminit Rhodiginus, capite & libro paulò antè citato. & Antonius Codrus in Sermonibus. Etenim quo quisq; doctior est, eo magis sibi diffidens, viribusque suis indubitanus, id alta mente reuoluit, quod Demea Terentianus ait, Adelph. Act. 5. Scena. 4.

*Nunquam ita quisquam bene subducta ratione  
ad vitam fuit,*

*Quin res, ætas, usus, semper aliquid apportet noui,  
Aliiquid moneat, ut illa, quæ te scire credas, nescias:  
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.*

Verus sanè philosophus ita cogitat, qui semet ipsum nouit, ita vt cùm se ipse perspexerit, totumque tentarit, intelligat qualis ipse sit, quantumque in rebus humanis, ac usu earum valeat, vñque adeò vt semper & faciat, & sentiat quæ honesta sint. Denique vt verba in pauca conferam, Qui seipsum nouit, omnia quæ cognoscēda sunt, nouit. Et qui seipsum ignorat, cæterā quoq; omnia ignorat. Vnde Euthydemus apud Xenophontem Socrati respōdens, χολῆ γδ, inquit, αὐτὸς οὐδειν, οὐτε μηδὲ ἐμεώτων εὑρίσκων. Id est, multo minus enim aliud quid scirem, si me ipse non cognoscerem. Qui autē se ipsum nouit, Deum nouit, vt docet Agapetus in illa sua ἀπόδειξιν κεφαλαιών περιεργήσεων ad Iustinianum.

Neq; se tantum nouit, sed & quæ sua, & quæ suorum sunt, nouit. vt optimè docet Socrates apud Platonem in primo Alcibiade. Plato enim, vt tradit Porphyrius, eo præcepto contineri putavit, Εἰμὶ δὲ καὶ τὰ ἡμέτερα, Εἰ μὲν τῶν ἡμετέρων, & nos, & nostra, & quæ nostrorū sunt. vt scilicet cognoscamus nosmetipos ὅπερις τὸν ἀλλῶν δίχα τοῦτον ἡμετέρων, extra cetera cuncta, & sine iis, quæ circa nos sunt. Εἰ μέν μάτη γνῶναι εἰσὶν, εἴ φατο, τὸν αὐθόρωπον, οὐαὶ τοῖς οὐδὲν τοις γνωθῆσθαι ρωποῖς, Εἰ δὲ ὅπερις εἰκονικὸς μὴ αγνοηθῇ, καὶ τὰ τύπως πλαθέρους γνώσμα γίγνεται. Id est, atq; iterum dicebat hominem omni ex parte se cognoscere, vt & internus immortalis homo cognoscatur, & iconicus vel imaginarius ille seu terrestris homo fornicatus non ignoretur, & quæ ad utrumque pertinent, intelligantur. Quocirca Pibracius Tetralsticho decimo recte & præclarè dixit:

*Qui a de soy parfaict e cognoissance  
N'ignore rien de ce qu'il faut sçauoir.  
Mais le moyen assuré de l'auoir,  
Est se mirer dedans la sapience.*

Quod ita verti:

*Qui se perfecte nouit, certe omnia nouit,  
Quæ nosse, & memori mente tenere decet.  
Cui mentem irradiet sapientia pensculanti,  
Perfecto sese nouerit ille modo.*

Mater enim omnium bonarum artium (vt ait Cicero lib. 1. de legibus) est sapientia, cuius amore Græco verbo Philosophia nomen inuenit, quæ vna, nos cum ceteras res omnes, tum quod est difficillimum, docuit, vt nosmetipos nosceremus. &c. Dictum autem hoc, Nosce te ipsum, ξεήσιον εἰς εἰς γνοθείαν τῶν ἀλεξάργον, οἷς πέρι τὸ εἰωθῶν δύναμιν φλυαροῦσι, Id est, utile est, ad obiurgationem eorum, qui superbi sunt & arrogantes, qui supra suas vires

inaniter se iactant. Ut Chilonem dixisse ferunt. Sed de his iam satis.

*Finis Tetraastichorum & Scholiorum.*

P A R A L I P O M E N A.

Præclarum illud Pibracii Tetrasichon 44.

*L'Homme de sang te soit tousiours en haine.*

*Huë sur luy, comme fait le berger*

*Numidien sur le tigre leger,*

*Qu'il voit de loin ensanglanter la plaine*

*ego sic verti:*

*Insectare odiis, ac detestare cruentum*

*Uisque virum, resonis vocibus hunc & age:*

*Tigrida pastor vi celerem clamoribus vrget,*

*Quæ Nomadum lacos cæde cruentat agros.*

Sic enim legendum est, non, ut antè, clamoribus. Etenim vi-  
rum sanguinarium auersatut Dominus. Ps. 5. Itaq; sapien-  
ter, ut omnia, Homerus hoc ipsum innuens, Iliad. 5. louem-  
ait toruè Martem, quem bella cædesque dclestant, intue-  
ri, atque sic alloqui:

*Ἐχθρος σέ μετέωρος θεῶν, οἱ Ὀλυμπον ἔχοντες*

*Αἰὲναρά τοι ἔχει το φίλη πόλεμοι το μήχανα.*

Id est, Inter omnes Deos, qui Olympu n incolunt, mihi  
maxime inuisus es: semper enim tibi grata & iucunda  
rixa, bellaque, & pugne. Quocirca Regius propheta Da-  
uid, Rogate (inquit) quæ ad pacem sunt Hierusalem. Ps. 121.  
Et Ieremias c. 29. Quærite, inquit, pacem ciuitatis, & orate  
pro ea Dominum. Et Ps. 37. Inquire pacem, & persequere  
eam. Beati namq; pacifici, quoniam filii Dei, vocabuntur.

Matth. 5. Non est enim Deus dissentionis sed pacis. i. Cor. 14. Itaque si fieri potest, quantum in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habete. ad Romanos capit. 12. Sed Martis & Discorciæ filii seditionisq; flabella viam pacis non cognoverunt. Psalm. 13. & magna mala pacem appellant. Sapientia. 14. Recordantur autem illud prophetæ, Maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Ieremia. cap. 48. Ideoq; illi & loëli prophetæ gerendum esse morem existimant, cap. 3. dicenti: Concidite vomeres vestros in gladios, & falces vestras in lanceas. Atq; ita concludunt: Paremus igitur & ipsi nobis nomen, & ad oppugnandum gentes, quæ nos circumcolunt, proficiscamur. i. Machab. 5. Ego verò cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus. Psalm. 119. Quam pacem igitur & concordiam (inquiunt) amas tu? Illam haud dubie, quam Theologus: nempe τὴν παντούς ἡγεμόνην παντων τῷ Θεῷ συνάντισσαν. Id est, eam quæ honesta est, & ob rem honestam suscipitur, quæque nos Deo copulat.

Irimus autem ille versus Pibracii, quem videoas Tetra-sticho. 47.

*Vaincre soy-mesme est la grande victoire,*  
omnino haustus est ex Græco illo fonte Democriti: τὸ  
νικᾶν αὐτὸν ἐκπίστη, πατῶν νικᾶν πέμψει καὶ δέξιη. τὸ δὲ  
ηταῖαν αὐτὸν ὑφ' ἐκποτί, αἰγισθόντες καὶ κακίστου. Id est,  
Scipium vincere, omnium viceriarum prima & præstan-  
tissima est. At Vinci à scipio & turpissimum & pessimum.





## SEQUUNTUR SEX CALLICAE

PIBRACII EPIGRAMMATA, THOMAE  
BICARTONIS SCOTI LATINIS VERSIBVS ILE  
strata. Et ita quidem illustrata, vt quæ Pibracii bren-  
tas suppresserat, copiâ Bicartonis expressa sint, ut paulò  
faciliior & aptior excurreret oratio. Consules autem  
Græcos & Latinos auctores, ex quorum fontibus hausit  
ista Pibracius, & nihil non rectum, nihil non dicendum  
à Bicartone dictum inuenies.

### I.

#### LVCRETIA ROMANA.

*Sous l'effort malheureux de l'impudique force,  
Mon corps rest a vaincu, & mon esprit vainqueur.  
Le sang du coup mortel dont ie nauray mon cœur,  
Exchia le plaisir de ma charnelle amorce.  
Je fy voir au Romain, que la Dame qu'on force,  
(Bien qu'il semble qu'entier, luy demeure l'honneur)  
Excuser lon ne doit, si son forcé malheur  
Estaindre par sa mort de sa main ne s'efforce.  
Ainsy donc i'efforçay l'effort qu'on m'auoit fait,  
Et vangeant de ma main en moy d'autruy forfaite,  
Je me donnay la mort pour preuve d'innocence.  
Nulle par mon exemple impudique virira,  
Et nulle à son honneur honteuse suruiura.  
,, Qui suruit son honneur, il a part à l'offence.*

## BICARTON.

Infelice meum vicit molimine corpus  
 Vulsinua: animus vixit at eius ouat.  
 Quamq<sub>u</sub> voluptatem carnis tulit esca, piauit  
 Sanguis, qui largo flumine fusus erat:  
 Syncerus sanguis, fudit quem lethifer ictus,  
 Quo cordi infligi vulnera saua meo.  
 Romuleæ genti monstrauit, si quis adulter  
 Matronæ stuprum vi superante ferat,  
 Non excusandam (quamvis appareat eius  
 Facto vi stupro non violatus honor)  
 Ni, quod ei peperit vis, intolerabile probrum  
 Deleat ipsa sui cæde rubente manu.  
 Sic igitur vim vi repuli, fortique nefandum  
 Ulta manu crimen (quod fere Sexte tuum est)  
 Intrepide fixi stricto mea pectora ferro:  
 Quæ res insontem me periisse notat.  
 Testatur cunctis me non violasse pudorem  
 Ante virum sanguis, spiritus ante Deos.  
 Nulla meo exemplo viuet matrona peculca,  
 Conspicue famæ nulla superstes erit.  
 „ Namque suo viuit quicunque superstes honori,  
 „ Turpe atrumque scelus participasse ferunt.

## II.

## VIRGINIA ROMANA.

Pour sauver mon honneur contre un iuge execrable,  
 Qui feignant de douter de ma condition,

Adiugeoit ce pendant vne prouision  
 D'essus ma chasteté non iamais reparable:  
 En la fleur de mes ans mon'Pere miserable.  
 Forcé de mon desir, & de la passion  
 De mon chaste vouloir, plein de compassion  
 M'ottroya de sa main vn mourir honorable.  
 Lucrece fut rauie, & vierge ie moureux,  
 Nous auons bien cela de commun toutes deux,  
 Que nos morts ont changé l'estat de la patrie.  
 Mais la mienne chassa hors de Rome dix Rois,  
 Et la sienne vn seul Roy. doncques, Rome, tu dois  
 Dix fois plus qu'à Lucrece à moy ta Virginie.

## B I C A R T O N.

Cum libertatem iudex mihi tolleret atrox,  
     Heu statui simulans indubitare meo:  
 Ut mihi, quam diro voluit seruire clienti,  
     Afferret stuprum mæchus amore furens:  
 Id meus haud tolerans genitor, mihi dulcia libat  
     Oscula, per medium dicit & ipse forum:  
 Et populo comitante, meam ploranteque sortem,  
     Tristia fundebam sed pia vota patri:  
 Malebamque mori, patriaque occumbere dextrâ,  
     Quam iuga seruity prorsus iniqua pati,  
 Ac fieri meretrix, nitidamque amittere famam:  
     Pro qua seruanda est mors obeunda bonis.  
 Ergo meis genitor votis impulsus honestis,

Libera cùm velle m' nata & honesta mori,  
 Ter conatus erat dulcem mihi demere vitam,  
 Ter patria optatam d' extra negauit opem.  
 Tandem fortis, erit quia postmodò viuere turpe,  
 Pulchram tu mortem filia, dixit, obi.  
 Nec mora: priuauit culero me lumine vita:  
 Hac patris in natam gratia summa fuit.  
 Mortua sum virgo: Lucretia tacta pudore  
     Ah stupri perit, viuere turpe rata.  
 Sed tamen est illud nobis commune, quòd vrbis  
     Ilico mutauit mors vtriusque statum.  
 At mors illius regem tantum expulit vnum:  
     Morte mea reges interiere decem.  
 Ergo tibi si quid Roma, ô Lucretia, debet,  
     Plus decies debet libera Roma mihi.

## III.

## PORCIA VXOR BRVTI.

L'Ucrece non du fait, ains de la coulpe exempte,  
 Se tua de sa main: Virginie tendit  
 A son pere le col, si tost qu'elle entendit  
 Du paillard Magistrat l'ordonnance meschante.  
 De l'amour coniugal la flamme est incellante,  
 Qui viuant mon espous, illustre me rendit,  
 Luy mourant embraza le charbon qui ardit  
 Mon cœur demi brûlé de l'ardeur precedente.  
 Lucrece & Virginie eurent la mort heureuse.

Mais non pas comme moy, qui mourus amoureuse,  
 Sans qu'on vit mon honneur assailli ni vaincu.  
 Quelle autre aussi que moy eut vn Caton pour pere?  
 Un Brutus pour mari, vn Cesar aduersaire?  
 Et pour champ de l'honneur vn siecle corrompu?

## B I C A R T O N.

**V**I stuprata vacat turpi Lucretia culpâ,  
 Quæ pudibunda sua concidit vſa manu.  
 Virginia simul ac patuit sententia diri  
 Iudicis, infelix quem furiabat amor,  
 Cœdendam patri ceruicem præbuit vtero,  
 Ne pellex mœchi iudicis ipsa foret.  
 Flamma sed illustrem quæ me viuente marito  
 Reddidit, ex casto prorsus amore micans,  
 Coniuge fatalem accedit moriente fauillam,  
 Quæ mihi confessim molle cor vſit atrox,  
 Vſit, semustum sed præcedente calore:  
 Nam cordi intuleras sanete Cupido faces.  
 Virginia est faustam nacta & Lucretia mortem,  
 At fato extinctam me meliore ferant.  
 Namque meum nullus labefecit adulter honorem:  
 Fulſit vbiq[ue]: mori meque coëgit amor.  
 Acqui aly cuinam genitor Cato, quam mihi, dicat?  
 Cui Brutus coniux? Cæsar & hostis erat?  
 Et corrupta ætas querendo campus honori,  
 Campus, vbi fortem me perijſſe iuuat?

## CORNELIA ROMANA

Ces deux freres Tribuns, qui par la vehemence  
 D'vn parler mesuré, & par nombreux escrits,  
 Des plus doctes Romains captiuoient les esprits,  
 Et les faisoient mouuoir au son de leur cadence:  
 Ces deux Graches fameux furent en leur enfance,  
 Non d'vn Grec affranchi enseignant pour le pris,  
 Ains par moy Cornelie heureusement appris,  
 Moy-mesme leur servant d'exemple d'eloquence.  
 Je fus mere des deux, tous les deux i'esleuay,  
 Et du laict de Pitho enfans les abreuuay,  
 Versant ce doux neét ar dessus leur bouche tendre.  
 Que nous fert d'enfanter des fils pour les laisser  
 A vn vil mercenaire, à fin de les dresser?  
 „Qui enseigne ses fils, doublement les engendre,

## BICARTON.

*Par illud fratrum, quos admirata Tribunos  
 Sensit in arguto Roma tonare foro,  
 Atque hominum doctas huc illuc flectere mentes  
 Dictis & scriptis, quæ numerosa dabant:  
 Hic celebres, inquam, gemini cognomine Gracchi  
 (Cum rudis his aetas esset & apta regi)  
 Non Græci libertini mercede docentis  
 Doctrinam matris sed didicere suæ.  
 Ipsa parens facunda satis feliciter illos  
 Eduxi, ambobus chara magistra fui.*

Pithus infantes, alui Cornelia lacte,

Illorum effudi nectar in ora merum. +

Quid prolem peperisse iuuat, dic fæmina, sodes,

Si prolem nequeas rite docere tuam?

Sed tradas illam mercede docere volenti

Formandam vili forte leuique viro?

Audite ô patres matresque, audite parentes,

Sermonem memori condite mente meum:

Qui docet, & natos doctrinâ format honestâ.

Hunc natos dico bis generare suos.

+ vœlāp  
in ora  
γλυκύ.

## V.

### DIDO REGINA CARTHAGINIS.

Couvrir du sang des miens le libyque riuage,  
 Embraser nos autels, & rauir sans raison  
 La Sicile & Sardaigne à ceux de ma maison,  
 Et rendre iniustement tributaire Carthage:  
 Cela deuoit suffir à ta cruelle rage,  
 Rome, sans me liurer par mortelle achoison,  
 Sous le miel d'vne fable vne amere poison,  
 Qui festrir à iamais l'honneur de mon veufuage.  
 Je ne vis onc chez moy ton fugitif AEnée.  
 Ma ieunesse passa sous vn saint Hymenée,  
 Et veufue i'ay vescu chaste iusqu'au tombeau.  
 Tuteclare l'unon permettra tu que Rome,  
 Pour vn traistre honorer, impudique me nomme?  
 Elle qui d'vne Louue est née en vn bordeau?

Pardonnez à Didon, si l'ire la surmonte,  
 Il sen faut prendre au tort que Rome luy a fait.  
 „ La Dame à qui ne chaut le blasme d'un tel fait.  
 „ Meurtriere de l'honneur, fait gloire de sa honte.

## B I C A R T O N.

**O**Ram purpureo libycam texisse meorum  
 Sanguine prò! nostros & violasse Deos:  
 Incendisse aras, Sardoa Triquetraque regna  
 Imitstè Tyriis eripuisse meis:  
 Et vectigales magna Carthaginis arces  
 Fecisse, & misero deposuisse modo:  
 Hoc equidem, fera Roma, tuum satiare furorem  
 Debuit, in me nec tanta mouere ioca,  
 Immo fabellæ sub melle reposta venena,  
 Fabellæ, finxit quam tuus ille Maro.  
 Qui viduæ Didus famam maculauit in ænum,  
 Me Phrygium memorans deperiisse ducem:  
 Concepisse animo furias abeuntis amore:  
 Conscendisse altos ut morererque rogos:  
 Enseque Dardanio non istos munere in vsus  
 Quæsito mortem me properasse mihi.  
 Nunquam, Roma, tuum (per sydera iuro) recepi  
 Hospitio Aeneam, qui fugitiuus erat.  
 Sichæo teneram vernanti flore iuuentæ  
 Sacris me tædis iunxit honestus Hymen.  
 Quo misère ante aras à Pygmalione perempto,

Usque mihi vidua vita pudica fuit.  
 Est à me seruata fides promissa Sichæo,  
     Nunquam me vidi Troicus erro tuus.  
 O tutelaris Iuno, cui sunt pia curæ  
     Connubia, ô vita conscientia Iuno meæ,  
 Romam impunè sines ita me traducere, Romam,  
     Prostibulo genuit quam Lupa dira parens?  
 Eius honorandi, patriam qui prodidit, ergo,  
     Me duce cum profugo concubuisse refert,  
 Lasciuamque vocat: tu ne hoc patieris inultum  
     Iuno potens? Didus ab miserere Dea.  
 Tu quoque da veniam, Dido si vincitur ira.  
     Ecquo nam illa modo scandalata tanta ferat?  
 Romæ irascendum est, quæ me figmenta per illa  
     Turpiter infamat, ridiculamque facit.  
 „ Illa etenim cui tam fædi culpatio facti  
 „ Non moueat mentem, dura pudore vacat,  
 „ Interitumque affert proprio dementer honori,  
 „ Dedeius ipsa suum dum putat esse decus.

## VI.

## AD PETRVM RONSARDVM.

Si ores esloigné de l'importune presse  
 Du penible barreau, des vers par fois i'escris,  
 L'imité, en ce faisant, les plus rares esprits  
 Des vieux peres Romains, & de l'antique Grece.

Ce grand Caton François encor en sa vieillesse  
 De la saincte fureur des neuf Muses espris,  
 Nostre siecle honora par ses nombreux escrits  
 Les fideles tesmoings de sa haute sagesse.  
 Par là ie ne pretens à ces ouuriers parfaits  
 M'égaller, ny aux vers, Ronsard, que tu as faits,  
 Guidant le fils d'Hector sur la Gauloise riue.  
 S'efforce qui voudra le laurier meriter.  
 Quant à moy ie n'escris, sinon pour eunir  
 Les trompeuses dougeurs d'une langueur oisive.

## B. I C A R T O N.

*S*I fessus lite insanâ strepituque forensi  
 Quæro animo requiem Pieridasque sequor:  
 Cancellisque fori liber clamore molestis  
 Carmina compono; qualia cunque vides:  
 Antiquos imitor Romanos atque Pelasgos,  
 Quæ rara ingenij vis & acumen erat.

† Michaël † Ingens ille Cato Francis exortus in oris,  
 Hospital. Gallorum splendens atque perenne decus,  
 Francie Cácellar. Illi Cycnæis effent cùm tempora plumis  
 Sic etiam. AEmula, & inficeret cana senecta caput,  
 appella- tur à Ste- Correptus sacro Musarum protinus æstro  
 phans Pa Ornauit scriptis tempora nostra suis,  
 schacio, in Nostra, inquam, ornauit numerosis tēpora scriptis,  
 Disquisi- tionibus Quæ sunt doctrinæ pignora fida sua.

*Hac refero, non quod memet florentibus istis  
 Variis & summis equiparare velim,  
 Neque parem, Ronarde, tibi monstrare laborem  
 Ducenti in Gallia Astyanacta plagas.  
 Conetur, quicunque volet, decerpere laurum,  
 Et meritâ Phœbi cingere fronde comam:  
 Non ea sollicitat me, qui modo carmina fingo,  
 Unde queam curas attenuare meas:  
 Languida neu facilem corrumpant otia mentem,  
 Quam fallant blando perniciofa situ.*

Antiqua  
 tū Gallię.  
 & à nomi  
 no de la  
 N O V E,  
 in discut  
 sib⁹ l'oliti  
 cis & mi  
 litaribus.

*F I N I S.*

MM ii







A M O N S I E V R B I C A R T O N S V R  
*les Quatrains du Sieur de Pibrac qu'il a  
 faits Latins.*

Q V A T R A I N .

Pibrac & Bicarton se doiuent l'vn à l'autre.  
 Pibrac à Bicarton doit le plus toute-fois:  
 D'autant que les Romains surpassent les François,  
 Et que leur idiome est plus grand que le nostre.

PHILIPPE THOMAS SEIGNEVR DE  
 LA BRECHOVERE,  
 Idem Tetraстichon latine sic redditum.

**Q**uantum olim magna cedebat Gallia Roma,  
 Quanto Romanâ Gallica lingua minor:  
 Tantum Musa tua debeat Pibracica Musæ  
 Bicarto latia doce sonare lyra.

A M O N S I E V R B I C A R T O N  
 sur ses Quatrains,  
 S O N N E T .

**L**'Immortel en ses pas serpent aux plis sans nôbre  
 Ne verra Bicarton souz la lame presé,  
 Au rang des immortels sa Muse la placé,

*Le Citadin du Ciel d'Acheron ne voit l'ombre.*

*Sur l'aile de ses vers, hors de mortel encombre,  
Il a de sa memoire vn Colosse dressé,  
Un Mausole nouveau au sa main luy a tracé,  
Qui viura pour i amais en dépit de l'Orc sombre.*

*Encor qu'un Mantuan, qu'un sucrin Sulmonois  
Tiennent les premiers rancs, pourtant vn Veronois  
Un Tibulle Romain ne sont mis en arriere.*

*Le cheual bien souuent qui déboucle dernier,  
Entre ses contendans se monstre le premier,  
Emportant le laurier d'une isnelle cariere.*

G. DE LESCAMOVSSIER,

LORAIN.

Latinè sic redditur.

*O Ribus innumeris sinuans vestigia serpens  
A Eternus, gelidi non cernet mole sepulchri  
Bicartona premi, sua quem super aethera tollit  
Pieris, augendis atque immortalibus addit.  
Tartareum Cæli ciuis non aspicit umbras.*

*Extra has ærumnas, miseris quæ pectora curis  
Humana inuoluunt, noctesque diesque fatigant,  
Ille sua dia iam condidit arte Colossum  
Ætnemosynes, nitidis super almi carminis aliis.  
Iamque nouum Mausoleum manus illius ipsi  
Dædala depinxit nullo delebile seculo,*

*Vivet, & in uito semper celebrabitur Orco.*

*Is licet, aeternum iactat quem M. antua vatem,  
Et dulcis riguique sacer Sulmonis alumnus  
Obtineant primas, tamen aurea Musa Catulli  
Non neglecta iacet, tersum quoq; Roma Tibullum  
Agnoscit, vocataque suum celebratque poëtam.*

*Et valet Aonis sacro certamine Musis  
Tempore posterior vates superare priorem.  
Ceu quum currendi signum datur ære canoro,  
Carceribus postremus equus generosior exit,  
Corripiensque alaci planum certamine campum,  
Primus ad extremas celeri venit impete metas,  
Humescens viator spamus flatuque sequentum.*



S. O. N. N E T.

### A MONSIEVR BICARTON

**T**U vas portant le nom de la soigneuse auvette,  
Et si l'as à bon droit, mons docte Bicarton.  
Quand du Memnon la mere a laissé son Titon,  
L'Abeille iusqu'au soir cherche mainte fleurette.

Comme le thym fleuri sur le mielleus Hymette,  
La rose Cyprienne au doux-fleurant bouton,  
Cette herbe que le Grec nomme Meliloton,  
La Melisse, le Lys, la Cassé, & Violette..

Or trauaillant ainsi ne trauaille pourtant  
 Pour soy : pour le public elle trauaille tant.  
 Ainsi de iour en iour tu trauailles sans cesse  
 Non pour toy-mesme , ainçois pour tout le peuple  
 humain.

DV FAVR en fera foy , que ta lyre princesse  
 Des lyres de son temps à fait naïf Romain.

### IEAN BESLI POITEVIN.

Idem latinè sic redditum.

*In se nomen habet studiosæ iure melissæ  
 Clarum cognomen, docte Bicarto, iuum.  
 Nam simulat quæ suum fulgens Aurora reliquit  
 Tithonum, & roseis astra fugauit equis,  
 Donec in æquoreas Titan descenderit vndas,  
 Aëstiuos flores sedula carpit apis:  
 Nempe thymum, qualis Thesæo floret Hymetto,  
 Et sacram Veneri rura per alma rosam,  
 Atque herbam Graio Melilôton nomine dictam,  
 Cum Casia Violam, Lilia cum Melino.  
 Nec sibi quantum aliis apis ingeniosa laborat,  
 Dum legit, è lecto mellaque flore facit.  
 Te quoque frugifero iuuat indulgere labori,  
 Publica rimantem commoda mente pia.  
 Nunc hoc nunc illo Sophiae spatiaris in horto,  
 Intexens Musæ suauia ferta tue:*

*Omnibus ut valeas lepidis prodeesse Camœnis,  
Et placidis animos exhilarare modis.*

*Quam tua iam princeps latio lyra carmine pangit,  
Pibracij faciat Gallica Musa fidem.*

Prima syllaba huius vocis BICARTON, apem Scotica lingua significat, quam Scotti Bi vocant. Et quidem apis æmulus est BICARTON.



### A L V Y - M E S M E .

**T**ANT que Neptun sa coche vagabonde  
Autour du rond de ce parc roulera,  
De noz nepueus l'infini vantera  
Ta docte Muse à nulle autre seconde.  
Du long oubli ne pourra la noire onde  
Te noyer tout, ainçois se sauvera  
La part de toy qui meilleure sera,  
Volant ton nom par l'un & l'autre monde.  
De ton esprit les enfans emplumez  
T'empescheront tomber en decadance,  
Ne craignant point les Temps de faux armez.  
Le Vate-Dieu des Sœurs le Guide-dance  
D'estre bien nez leur donnant assurance,  
De sa fureur les voulut estre amez.

J E A N B E S L I P O I T E V I N .

Idem latinè sic redditum.

**D**VM circum solidam Neptuni currus agetur  
Tellurem, & nostras circumpletentia sedes.  
Brachia protendens pelago diffusa patenti  
Atteret Oceanus nostrum circumuagus orbem,  
Laude tuam attollet venturi temporis ætas  
Musam, Pieria nulli virtute secundam.

Non omnis moriere, tui pars multa minacem  
Effugiet mortem, atque erit indeleibile nomen,  
Inter utrumque volans orbem: super astra fereris;  
Atra nec attingens corporeis flumina lethes,  
Usque recens cresces ferorum voce nepotum,  
Voce, tuas altum quæ tollet in æthera laudes.  
Ingenij partusque tui carentibus alis  
Pernices te cuncta ferent per climata mundi  
Laudatum, nullamque sinent sentire ruinam.  
Nec tempus metuent armatum falce rapaci.

Fatidicum numen, Musas interque choreutes,  
Quo posses animi bene natos promere fætus,  
Hosce suo voluit lepidos animarier æstro,  
Spondens digna tuis ingentibus omnia cœptis.

## AD LECTOREM,

DE PIBRACII TETRASTICHIS

A THOMA BICARTONE LATINE

redditis liber loquitur.

**Q**UI fuerit verus veræ virtutis amator,  
 Qui verè sapiens, doctus & esse volet,  
 Me legat, & lecto ter me contentus abibit.  
Namque in me Virtus, Musa, Minerua nitet.

ADRIANVS MERCATOR Pictor.

Idem sic redditum Græcè:

Οὐ φιλέσθως δέετης μέρος καί τούτῳ αληγόνος,  
 καὶ τῶοντεοφὸς καὶ παυδμότος γλίχεται νοεῖ,  
 Εἴ μοι αἰσχυνάμενος, δέεσθα τοῖς τῷδε αἰσχυνωμένοις.  
 Εκλάμπει δέετή μοι καὶ σὺ παλαίτη μάστα.

ΤΕΛΟΣ.

NN ii



# E R R A T A,

*sic corrigenda.*

Pag. 4. fabricanda. ἔλευσις. viuantq;. pag. 7. in. pag. 37. pulchram. pag. 56. quæ bella. pag. 62. monimēta. pag. 72. auertendam. pag. 82. maiori. pag. 88. consulentibus. pag. 100. ad vim animosam pertineat. pag. 113. πάθεια. Est ergo. pag. 116. Est igitur. cœpit. pag. 133. similitudo. pag. 139. pane. cœtuque. pag. 142. Rempublicam. clamoribus. pag. 156. nunquam spes. pag. 163. Nil conscire sibi. pag. 176. esse primi. 177. aut. pag. 179. eiusmodi. pag. 188. aut. pag. 194. imbecillus. pag. 201. θύγη. pag. 206. ψυχοῦς. pag. 214. iniustè. pag. 215. consequuntur. pag. 223. prudentes. pag. 224. πεῖσμα. pag. 226. connubium. pag. 228. tectoria. pag. 230. pro lib. 3. Ethic. lege lib. 3. Politicorum. pag. 231. sed eam. sumptio armorum. pag. 232. animaduerterent? pag. 240. η φρόνος. pag. 245. vſu crescunt. pag. 262. καὶ δίχα. &c. pag. 274. cœstro. Reliqua diligens Lector facile suo marte corriget,





